Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Plautin? uiginti Comoedi? : lingu? Latin? delici?:

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461814

Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

Vbi eſſet.Pal.at ſceledre quęſo ut ad id exẽplũ ſomnium
Quaſi ſimile ſomniauit.atq; ut tu ſuſpicatus es eam uidiſſe
Oſculantẽ.Sce.me eã nõ uidiſſe arbitraris?Pal.nę tu hercle opinor
Obſecro reſpice ſi ad herũ hęc res peruenit.periſti pulchre
Sce. Nunc demũ experior prius ob oſculos caliginem obtigiſſe.
Pal. Dudum edepol planum hoc quidem:quę huc uſq; fuerit intus.
Sce. Nihil habeo certi.quid loquar.non uideam.et ſi uidi.
Pal. Nę te edepol ſtultitia tua pene perdidit.dum te fidem
Facere hero uoluiſti.abſumptus es pene.ſed fores
Vicini proximi concrepuerunt.conticeſcam.

Philocomaſium.Paleſtrio.Sceledrus.

Nde ignẽ ĩ arã.ut epheſię dianę latas laudes grateſcq; agam.
Eiq; ut arabico fumificẽ odore.amoena quę me in locis
Neptuniis templiſq; turbulentis ſeruauit ſaeuis fluctibus.
Vbi ſum afflictata multũ.Sce.Paleſtrio o paleſtrio
Pal. O ſceledre.quid uis?Sce.hęc mulier quę hinc exit modo
Eſt ne herilis concubina philocomaſium
An non eſt iſta.Pal.hercle opinor.ea uidet᷑.ſed facinus
Miꝝ eſt:quomodo hęc hinc nunc tranſire potuerit.ſiquidẽ ea eſt.
An dubiũ tibi eſt.eam eſſe hanc.Pa.ea uidetur.ſed facinus
Miꝝ eſt quomodo hęc hinc tranſire potuerit ſiquidẽ ea eſt.
Sce. An dubium tibi eſt eam hanc.Pa.ea uidetur.at eamus
Appellemus.heus quid iſtuc.et philocomaſiũ?quid tibi iſtic
In biſce ędibus debetur?quid negocii eſt?qd nũc taces.tecũ loquor.
Pal. Immo edepol tute tecũ.nam hęc nihil reſpõdet.
Sce. Te alloquar.uitii ꝓbriq; plena:quę circum uicinos uages.
Phi. Qui cũ tu fabularis.Sce.qui cũ niſi tecũ?Ph.quis tu homo es
Aut mecũ quid eſt negocii?Sce.men rogas.hem qui ſim?
Phi. Quin ego hoc rogẽ quę neſciam.Pal.quis ego ſũ igit᷑ ſi tu
Hunc ignoras?Phi.mihi odioſus qſquis es.& tu & hic.Sce.nõ nos
Nouiſti.Phi.neutrũ.Sce.metuo maxume.Pal.quid metuis?
Sce. Enĩ ne noſmet ꝑdiderimus uſpiã.nam neq; te.neque me
Nouiſſe ait.Pal.perſcrutari hic uolo ſceledre nos.noſtri
An alieni ſumus:ne dũ quiſpiam nos uicinorũ ĩ prudentis
Aliquis ĩmutauerit.Sce.certe equidẽ noſter ſũ.
Pal. Et pol ego.quęris tu mulier malũ.tibi dico heus philocomaſiũ?
Phi. Quę te ĩtẽperię tenẽt:qui me perperã ꝑplexo
Nomine appelles?Pal.eo qui igit᷑ uocare.philocomaſiũ dicere
Nomẽ ſi iniuria eſt falſũ nomẽ poſſidere philocomaſium
Poſtulas:at iſtuc nõ decet.& meo hero facis ĩiuriã.
Phi. Ego ne.Pal.tu.Phi.quę heri athenis epheſũ aduenĩ
Veſperi cum meo amatore adoleſcente athenienſi.
Pal. Dic mihi quid hic tibi in epheſo eſt negocii?Phi.geminã
Germanam meã hic ſororẽ eſſe inaudiui.eam ueni quęſitũ.
Pal. Mala es.Phi.ĩmo ecaſtor ſtulta multũ: quę uobiſcũ
Fabulẽ abeo.Sce.abire nõ ſinam te.Pal.mitte ſceledre
Manifeſtaria res eſt.Sce.non omitto.Ph.at iã crepabunt
Manus male tibi.niſi me omittis.Sce.quid malũ adſtas.
Quin detines altrinſecus?Pal.nihil moror negocioſũ
Mihi eſſe tergũ:qui ſcio.an iſta nõ ſit philocomaſium.
Atq; alia eius ſimilis ſit.Phi.mittis me.an nõ mittis?
Sce. Immo ui atq; iuitã.ingratis:uolutatim te rapiam domũ.
Hoſtiũ hoc mihi eſt domiciliũ.athenis domus eſt.ac herus.
Phi. Ego iſtã domũ neq; moror:neq; uos qui homines ſitis
Noui:neque ſcio.Sce.lege agito te nuſq; mittã.
Niſi das firmatã fidẽ.te huc ſi uiſero intro iturã.
Phi. Vi me cogis.qſqs es.do fidẽ ſi omittis iſtoc me ĩtro iturã.quo iubeſ
Sce. Ecce omitto.Phi.at ego habeo miſſa.Sce.muliebri feciſti fide.
Pal. Sceledre manibus amiſiſti prędã.Sce.tã ea eſt noſtra: q̃ potis
Herilis cõcubina.uin tu facere hoc ſtrenue.Pa.qd faciã?Sce affer m̃
Machęrã huc ĩtus.Pal.qd facies ea?Sce.ĩtrorũpã
Recta in ędis.quẽq; hic ĩtus uidero cũ philocomaſio oſculantẽ.
Eũ ego obtruncabo extẽplo.Pal uiſa ne ea eſt?Sce.ĩmo
Edepol plane ea eſt.Pal.ſed quomodo diſſimulabat?Sce.abi
Machęram huc affer.Pal.iã faxo hic erit.neq; eques neque
Pedes ꝑfectus quiſq; tãta audacia:qui ęque faciat confidẽter
Q̃q̃ mulieris faciũt.ut utrobiq; rationẽ docte diũt.
Nã ut ſublinit᷑ os cuſtodi.cauto cõſeruo meo nimis beat
Quod cõmeatus ẽ trãſ parietẽ.Se.heus paleſtrio machęra nihil op?
Pal. Quid iã.aut quid opus eſt?Sce.domi eccã berilẽ concubinam.
Pal. Quid domi?Sce.in lecto cubat.Pal.edepol ne tu tibi malã rẽ
Reperiſti ut prędicas.Sce.q̃ iam.Pal.quia hanc attingere
Auſus mulierẽ hic in ꝓxumo.Sce.magis hercle metuo.ſed nũq̃
Quiſq; faci&:quin ſoror iſta ſit germana huius.
Pal. Eam pol tu oſculantẽ hic uideras.& qdem palam eſt.
Eam eſſe ut dicis.Sce.quid ꝓpius fuit: q̃ ut perirem
Si locutus fuiſſem hero?Pal.ergo ſi ſapis.muſſitabis plus opportet
Scire ſeruũ q̃ loqui.ego abeo.ne quid tecũ cõſilii
Cõmiſceã.atq; apud hunc uicinũ.tuę mibi turbę nõ placẽt.
Herus ſi ueni&.ſi me quęrit.hic ero.hic me accerſito.

Sceledrus.Periplectomenus.ſenex.

Aſi abiit ille:neq; herile negociũ pl? curat:q̃ ſi nõ ſuitute ſuiat.

PLAUTUS
VENET.
1472

X. fol.
1

RARIORA


Cm


Cm

Cm

Donum edd. Plautin.
et Commentationum.
No. 1.

B M. Harleian. n. 3551. Vol. I p. 170.
B M. Spencer. n. 355. Vol. II p. 243.
Brunet Manuel. xxx
Lema-Santander, Dict. n. 1106.
Dibdin. Introduction.
Sale Cat. of Willetts Library. n. 1999. (sold for 21. 0. 0.
Sale Cat. of L'Sp. Dupl. by Evans - Lond. 1821. n. 230. / sold for 18. 18. to Sir Heathcote.
Sale Cat. of G. Mason's books by Sotheby. Pt II. n. 456. May 1798 - (sold for 17. 17. 0 - to Payne

Brunet, Manuel du Libraire. (5me edition 1821) tome 3. p. 95.
« Première Edition, très rare: vendue 396 fr. bel Exemplaire m. bl. Gaignat,
463 fr. avec le premier feuillet MS. La Vallière,
36 Liv. Sterl. — Pinelli,
900 fr. mar. bleu. — F. Didot,
21 liv. Sterl. — Willett,
370 fr. avec 9 feuillets courts et piqués. — MacCarthy

Il en conserve un exemplaire sur Vélin à la Bibliothèque du Roi.

626. **Plautus**, T. Maccius, Comoediae. [Editio princeps]. Venetië, Wendelin von Speier 1472. 2o. X*. 2o. 1

Type 1. — HC 13074. — Pr. 4046.

Geschenk van Jhr. Dr. J. P. Six, hoogleeraar aan het Athenaeum te Amsterdam, *6 Nov. 1824, †17 Juli 1899. — In XVIe-eeuwschen Franschen verguld-led. band.

gerestaureerd 23-02-1990

243 Leaves in Bennet & Dibdin

D. of Dev. Supl. Sch. 115
£15:17:6

2 F. 3-5

Reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino Iacobo Zeno Pontifici Patauino Georgius Alexandrinus Salutem plurimã dicit.

Libet laborioſi mei conatus: ne dicã temerarii difficultatẽ iis uerbis prefari Reuerendiſſime Pater. Quibus apud eum Poetã: quem p uirili noſtra corrigẽdum et emẽdandum ſumpſimus: Toxilus ſeruus & pauper amorem ſuum grauem: moleſtum: atq; erumnoſum cõqueritur.

Qui amans egens ingreſſus eſt princeps ĩ amoris uias:
Superauit erumnis ſuis erumnas herculis:
Nam cum leone: cum excedra: cum ceruo: cum apro ętolico:
Cum auibus ſtymphalicis: cum antęo deluctari mauelim:
Q̃ cum amore: ita fio miſer quęrẽdo argẽto mutuo:
Nec quicq̃ niſi nõ eſt: ſciũt mihi reſpõdere: quos rogo.

Nam Plautinę uigĩti Comoedię: quę ad hoc ęui dũtaxat extãt: Latinę ſcilic & linguę delicię: reꝝ atq; uerborum uenuſtate: & feſtiua ſermonis elegãtia: legẽtium animos mira uoluptate afficerẽt: niſi pluribus ĩ locis dimĩdiatę haberẽtur: Et tum temporũ ĩiuria: tum litteratorum negligẽti arrogantia: & librariorum inſcitia deprauatę forẽt: Et ſiue gẽtium ſiue naturę hiſtorię nõ ĩdigerẽt: atq; tam grecorum q̃ Romanoꝝ priſca cõſuetudine: Et iampridẽ deſita obſcurę eſſent. Quo fit ut frequẽtẽ ac curioſũ lectorẽ non minus ſollicitum faciant & uexent: q̃ ſi Cupidinis ſagitta illa aurea confixus ruſticam: et in totum uiros peroſam uirginem ſequeret̃. Quare qui prouinciam huiuſmodi duram: ac ſane perdifficilem cęperit: quippiã ille non ſolum amantis inconceſſa: ſed plane Herculei laboris habere uidetur. Is ſiquidẽ eſt Plautus: quem uelut aliena lingua locutum: maiores noſtri quoꝝ temporibus litterę latinę: & floreſcebãt: et ſũmũ conſcẽderãt locum: uix attĩgere conati fuerint: Adeo ad eius percipiendos ſenſus neceſſaria erat multiplex: uaria: & exquiſitiſſima quędam eruditio: Quam rem tum Varro ad Ciceronẽ ſcribens: tum Donatus Terentiũ explanãs: teſtant̃. Quod ſi quiſpiam noſtro iſto ſęculo: ubi plęraq; uetuſtoꝝ ſcriptoꝝ: aut interierunt: aut fracta & mẽdoſa habentur in tãta librorum inopia: & bonarum litterarum egeſtate opus: quod priſci uiri macti ingenio & omnifariã doctrina pręſtantes: cognitu difficillimũ exiſtimauerunt: recognoſcere et corrigere: ĩmo abdita: & pluribus ignorata aperire tẽptauerit. Is ſi coepti ſui aliqua ex parte cõpos euaſerit: nimiuꝝ quid magnũ effecit. Nam ut de octo prioribus taceã: quis duodecim Comoedias quadragĩta ab hinc ãnis repertas lectionis tum confuſę tum falſę: duodecim Herculis ęrumnis apud Poetas famigeratis iure non comparauerit? In quibus corrigendis operam atq; ſtudiũ inſumere uelle: mõſtra perſequi: atq; debellare quodãmodo eſt. Siquidẽ nõ magis cõfici poſſe uidetur rẽ in deſperationẽ delapſam: & librũ: qui iaceat atq; ſordeſcat ĩ priſtinũ ſtatum: priſtinamq;

gratiam uel ex minima parte uindicare: q̃ leonẽ prodigiosũ: qui nec ferro: nec saxis lędi poterat deuincere. Porro cum nec tantum dictiones examinandę: sed litterę atq; syllabę pẽsitandę fuerint atq; enumerandę: ut ex earũ positu atq; figura aliquid uel ueȳ: uel uero proximũ aucuparemur: Quo deprehenso undiq; multa erũperent: uel magis aperienda: uel plane cõfutãda. Excedrę hoc quippiã habere uidẽt. Tum autem multa quę a nobis lõge absũt: longeq; insectantes relinquunt consequi tẽptasse: hoc certe fuit pernicem: & ut nobilis poeta cecinit: aeripedẽ ceruã delassare. Aetolicum illũ aprũ uicinę regioni formidolosum: magniloquẽtiã Plautinã iure dixerĩ: quę ãplitudĩe & religiosa uetery uerbory maiestate: quasi fulmẽ qdã ingenia: et eruditionẽ legẽtiũ attonare: et cõcutere ita solet: ut nõ minus Plautinory uerbory uim et copiã: q̃ ruẽtis in se apri impetũ exhorrescant: Immo fulgurãtẽ Plautũ trepidi expauescãt. Aues stymphalicas Argutulorũ Grãmaticuloy interpretatiũculis: qui discipulos inter uera et falsa ducũt cõparare possum⁹. Nã quẽadmodũ innumerabiles illę aues uicini agri fructus absumentes prę multitudine fugari nõ poterant: Sic isti in finitimam prauitatẽ: multa alioquin recta et emẽdatissima deducentes: mentes studiosorum iuuenum uel falsa doctrina imbuunt: uel eos balucinãtes reddunt: adeo turpissimo et manifestario errato nũq̃ defuit assertor. Verũtamẽ numerosa hęc et ipudẽs grãmaticory turba: nõ greo tinitu: quẽadmodũ stymphalices paludis olim uolucres abactę fuerũt. Sed uera ratiõe et multiplici uetery auctorũ testimonio absterrebit̃: imo fugabit̃ atq; perteret̃: Delectari cũ Antęo est ea cognitione: eaq; eruditione: quę per hęc tempora exigua haberi potest: uelle in reconditos et penitissimos Poetę sensus penetrare: et priscarum atq; ignotissimarum uocũ interpretamenta indagare: Quę quo magis enarrant̃ atque aperiũtur: eo acrius et grauiꝰ quasi sũptis a uetustate uiribus: contra enarratorẽ insurgunt: Absunt prętera ueteres Grãmatici et glossematũ scriptores a quibus tãq̃ ab amicis: nõ argẽtũ mutuo: quod seruus se nõ inuenire dolet: Sed questiones poeticę: et minus usitatarum dictionũ Etymologia atq; origo requirẽda erat: et si qui fuerũt: nescio quid et modicũ et obscurũ nobis dederunt. His omnibus accedit unum tantũ fuisse librũ: a quo uelut archetypo: omnia deducta sunt: quae habẽtur exempla: qui si in manus nostras aliqua uia uenire potuisset: Bacchides: Mustelaria: Menęchini: Miles atque Mercator: emẽdatiores sane haberent̃. Nanq; in his recognoscendis: libros contulimus de corruptis exẽplaribus factos. At septẽ ultimae: ut in eas incidimus: quae simplices et intactae a cẽsoribus fuerãt: quãq̃ mendosae forent: multo ueriores erũt: Sed quales legebant̃ octo illae priores: ĩ quibus pro quorũdam ĩtelligentia: q̃ pro eruditione: et docta diligentia plurima in peruersũ mutata: et inter se pugnãtia offendimus. Hanc ego tam arduam et tam immensi laboris rẽ ueritus: praesertĩ cũ uidere multorũ

damnandas esse opiniones: & eorum in primis: qui siue mandante Nicolao Quinto Romano Pont. siue Alfonso Rege Aquliç: pui auctores & Di salutis bonaꝝ litterarum fuerunt: tam temere & barbare: tum Plautinos sensus iuertissent: tũ sales uenustos & subtiles: insipidos & absurdos reddidissent: pene ab emẽdatione huiusmodi sum deterritus: nisi me potissimum hortati fuissent prícii duo generosa prudentia et spectata eruditione uiri: Hieronymus Baduarius: & Franciscus Minius: quibus cum multa peruersa et falsa corrigi: & in ueram lectionem redigi posse dicerẽ: ut hoc nomine rem latinam iuuarem: singulariq; quodam beneficio: & q uiuerent & posteros demererer: nõ destiterunt. Donec me ut hoc grauissimum & formidandum onus susciperem perpulerũt: continẽter ístãtes: ut quoad possem reuolutis tã nostris q̃. grçcoꝝ scriptoribus uigíti Comoedias emendarẽ: ut aliquando legentibus uoluptati non fastidio forent. Sed neq; is sum qui omnia me emendasse dicam: aut amissa acquisiuisse: aut defecta suppleuisse: aut numeros ad certam regulam & libram ut examussim quadrarẽt: redegisse: immo qui uel í meipso plurima desyderãs multa ita ut inueni reliquerim. Illa enim tantisper a nobis: uel demutata: uel emendata fuerunt: dum sic esse ex diligenti: & multa lectione comperimus: quę aut fallor: aut ueriora ueris sunt: Reliqua iis relíqmus cognoscẽda & corrigenda: quibus maior eruditio: maiusq; supererit ocium: quã modestiã si publici quondam censores seruassent: haud ita multa elegantissimi Poetę facete dicta peruersa fuissent: Quale illud est quod pro madulsam habeo: ꝓbe mulsaui: pro manta mane posuerũt: et ignorãtes quid significet in prouerbio Rom. ue uictis: ue mibi dixerũt: Et ubi scriblitę legebaꝫ sub lite factum est: et pro sartis tectis sancta leguntur: et ꝓ numero nunc Grãmatici sane semidocti: ne dicã deridiculi: qui itẽ oues Tarentinas. Sic enĩ depreben dimus scripsisse Plautũ. In frumẽtũ mutauerunt: Alia item notauimus quę nunc cõsulto prçterimus pro falsis scilicet redarguenda in eo opere: quod maturamus: iamq; emisissemus: nisi succissiuo atq; tumultuario studio Plautinas Comoedias coleremus. Tu uero interea Patauine Pont. cui nominatim emendationem banc nostram dicamus: q; sis Pontificii Iuriscõsultissimus et omniũ sacrarum litterarũ fons atq; thesaurus: quod uel ex hoc apparet: ut siquando de diuinis humanisq; rebus disceptatur: te omnes unicum adeant disceptatorem: et uelut oraculum quoddam cõsulent: Tuq; ita prudenter et scite de omnibus respondeas: atq; iudices: ut te unum nostra ętas habeat: quẽ uere sanctarũ legum interpretẽ: et disciplinarũ patrẽ appellare possit. Has Comoedias leges: reuolues: et pẽsitabis: a studiis sane tuis nõ abhorrẽtes: Quippequi í eloquẽtia nõ minus prçstes: q̃ í sacris litteris: et acutis Philosophorum dogmatis siue prçceptis. Quam rem grauissimę illę & mira arte elaboratę totiens cum sũma laude & admiratione in conspectu Romanorum

Pontificũ habitę orationes declarãt: Tum decem illi libri: quibus Liuiano exẽplo ĩ Decadis formã prẽclara illa aui tui Caroli Zeni facinora: memorię ꝑdidisti: ĩmo ĩmortalitati cõsecrasti. Nec finis eũ interire uiꝝ: quẽ aliquando urbs hęc longe lateq; ĩperans: Europę decus et ornamẽtũ: saluberrimę Religionis ꝓpugnaculũ: Et q̃ maris sit domina: cunctaꝝ pene gẽtiũ coĩs patria assertorẽ habuit: Atq; ita leges: ut si qcq̃ te offenderit uel eorum quę nos mutauimus: uel eorum quę infirmitatẽ ingenii nostri excedentia: ut inuenta sunt ita manent notabis et corriges: modo illud sic esse auctoritate uetꝝ: et ratione antiquoꝝ scriptis nixa cõstet. Res agitur cõmunis. Comoedię Plautinę: quę paucę ad nos peruenerũt ab omnibus iuuãdę sunt: quicunq; musas latinas colunt. Verum hęc exigunt acre iudicium: quod plurima multiplici: et assidua lectione habetur. Nam et Grę cis scriptoribus: et Varrone asserente iudicium Poematum est quid maximum et difficillimum: quanto magis temporibus nostris: quibus uix bonarum litterarum principia percipi possunt. Quare siquis diligens fuerit et sedulus uetustatis explorator: poterit et ipse opem aliquam Poetę ueteri et elegãti ferre. Nos quoq; ut fecũdi? fructum nostri labores ferãt: in cõmentarios conferemus: quęcũq; a nobis siue emendata: siue aperta fuerunt. Lectorẽq; rogamus: qui Plautinas has legerit Comoedias boni interim consulat: dum siue annotamenta: siue questiones nostras Plautinas ediderimus. Vale.

De uita Comoediisq; Plauti excerpta quędã ex Auctoribus grauissimis.

P Lautus linguę Latinę Pater: Et cuius sermone ut Varro Epii Stolonis sentẽtia dixit: musę locutę forẽt: si latine loq uoluissent. Sarsinas ex Vmbria fuisse legit. Nã ad natalẽ terrã alludens: seruilem iocum in Mustelaria aduersus Simonem: qui umbram usq; a domo abesse aiebat sic intulit.

Quid Sarsinatis ecqua est: si umbrã nõ habes? Floruit in scęna quinto decimo ferme anno: postq̃ bellũ aduersus Poenos secundũ sũptũ est. Nã ut Portius Licinius dixit: Punico bello secũdo musa pẽnato gradu ĩtulit sese bellicosam in Romuli gẽtẽ serã. Quo itẽ tẽpore Marcus Cato Orator clarus in ciuitate est habitus. Et q̃q̃ a pluribus grę cis comicis fabulas sumptas in latinum conuerterit: Oratii tamẽ sentẽtia: Plautus ad exẽplũ Siculi properare Epicharmi dicit. Hic ut Varro et plęriq; alii memorię ꝑdiderũt: cũ pecunia oĩ: quã in operis artificũ scęnicoꝝ pepererat: in mercationibus perdita inops Romã rediuisset: et ob quęrendũ uictum ad circumagendas molas: quae trusatiles appellant opã pistori locasset. In pistrino Saturionẽ et addictum: et tertiam quandam fabulã: cuius nomen non legitur scripsit. Mortuus est circiter centesimam et quadragesimam

quintam olympiadem:quantum ex uerbis Hieronymi ĩ Euſebii Pãphili Chronico colligere poſſumus:iuſſitq; Epigrãma tale ſuo ſepulchro ĩcidi: quod an Plauti foret dubitaſſet Aulus Gelius:niſi a Marco Varrone poſitum eſſet in libro de Poetis primo.

Poſtq̃ eſt morte captus Plautus
Comoedia luget:ſcęna eſt deſerta:
Deinde riſus ludus:iocusq; et numeri:
Innumeri ſimul omnes collachrymarunt.

Plurimę ſub Plauti nomine Comoedię apud priſcos ferebant̃:q̃ꝫ una et uigĩti Varronianę dictę ſunt:q̃s idcirco a cęteris ſegregauit:qm̃ dubioſę non erant:ſed conſenſu omnium Plauti eſſe cenſebantur: quaſdam item alias probauit:adductis ſtilo atq; facetia ſermonis Plauto congruẽtis: eaſq; iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit. Alię dicuntur ambiguę utrum Plauti an aliorum fuerĩt: Illud idem ſubdit Gelius Marcum Varronem ſcripſiſſe Plautium fuiſſe quempiam Poetam Comoediaꝫ:cuius qm̃ fabulę Plauti ĩſcriptę forẽt:acceptas eſſe quaſi Plautinas cum eſſent nõ a Plauto Plautinę:ſed a Plautio Plautianę. Aſcriptę autem Plauto Comoedię circiter centum atq; triginta fuerunt : Sed homo eruditiſſimus Lelius quinq; et uiginti eius ſolas exiſtimauit. Nec dubium ẽ: quin quędam Comoedię: quae ſcriptae a Plauto non uidentur:et nomini eius adiiciuntur:ueterum Poetarum fuerint:et ab eo retractatae: et expolitae ſint:ac ꝓpterea excipiant dictum Plautinum : Sed de iudicio Varronis:Lelii:et Fauorini:qui Neruulariam Plauti eſſe dixit:et eius q fretũ nomẽ ẽ id Comoedię Plauti putauit. Plura leguntur ĩ libro qui ĩſcriptꝰ ẽ noctiũ atticaꝫ. Quẽ uero locũ Plautꝰ ĩter Comicos Latinos habeat:docet Vulcatiꝰ Sedigitꝰ:ĩ Poetica illuſtris:ĩ libro:qũẽ ſcripſit de Poetis:ubi idẽ qd de iis ſẽtiat:q comoedias fecerũt:et quẽ prędſtare ex oĩbꝰ cęteriſ putet: Ac deinceps:quo quẽq; ĩ loco et honore ponat:his uerbis ſuis demõſtrat.

Multos incerto certare hanc rem uidimus:
Palmam poetae comico cui deferant.
Cum me iudice errorem diſſoluam tibi:
Contra ut ſiquis ſentiat:nihil ſentiat:
Cecilio palmam ſtatuo de comico:
Plautus ſecundus facile exuperat cęteros.
Dein neuius quis ſeruet:precio in tertio eſt
Siquid quarto detur dabitur licinio.
Poſt inſequi licinium facio attilium.
In ſexto conſequitur hos terentius
Turpilius ſeptimum:trabea octauum optinet.
Nono loco eſſe facile facio luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſa ennium.

Georgii Alexandrini Epiſtolę ad Iacobum Zenum: Patauinum Ponti. quę incipit: Libet laborioſi mei conatuſ: Et uitę Poetę extra ordinem Comoediarum poſitę. Fabularũ nomina ſubiecta ſunt: ut facilius: quã quiſq; deſyderauerit fabulam: eam inueniat.

Amphitryo Cuius principium.
Aſinaria.
Aululariа.
Captiui duo.
Curculio.
Caſina.
Ciſtellaria.
Epidicus.
Bacchides: mutilatę.
Muſtelaria.
Menęchmi.
Miles.
Mercator.
Pſeudulus.
Penulus.
Perſa.
Rudens.
Stichus.
Trinummus.
Truculentus.

In faciem uorſus.
Hoc agite.
Senex auarus.
Captus eſt in pugna.
Curculio miſſus.
Saluere iubeo.
Comprimit adoleſcens.
Emit fidicinam.
Quid ſi hoc potis es.
Manumiſit emptos.
Mercator Siculus.
Meretricem Athenis.
Miſſus.
Pręſentis numeeat.
Puer ſeptuẽnis.
Profecto domino.
Rete piſcator.
Senex caſtigat filias.
Theſanrum abſtruſum.
Tres unam.

Plauti Comici clariſſ. Amphitryo.

Argumentum.

In faciem uerſus amphitryonis iuppiter
i Dum bellum gereret cum telobois hoſtibus:
Alcumenam uxorem cępit uſurariam:
Mercurius formam ſoſię ſerui gerit
Abſentis:bis alcumena decipitur dolis:
Poſtq̃ rediere ueri amphitryo & ſoſia
Vterque deluduntur dolis mirum in modum.
Hinc iurgium:tumultus uxori & uiro
Donec cum tonitru uoce miſſa ex aethere
Adulterum ſe iuppiter confeſſus eſt.

Argumentum.

More captus alcumenae iuppiter
a Mutauit ſeſe in formam eius coniugis:
Pro patria amphitryo dum cernit cum hoſtibus
Habitu mercurius ei ſubſeruit ſoſiae
Is aduenientis.ſeruum & dominum fruſtra habet.
Turbas uxori ciet amphitryo:atque inuicem
Raptant pro moechis:blepharo captus arbiter
Vter ſit non quit amphitryo decernere.
Omnem rem noſcunt:geminos alcumena enititur.

Prologus. Mercurius.

Tuos in uoſtris uoltis mercemoniis
u Emundis:uendundiſque me lętum lucris.
Afficere:atque adiuuare in rebus omnibus
Et ut res:rationeſque ueſtrorum omnium
Bene expedire uultis peregrique & domi
Bono atque amplo auctare perpetuo lucro.
Quaſque incepiſtis res:quaſq; inceptabitis
Et uti bonis uos:ueſtroſque omnis nuntiis
Me afficere uultis:ea afferam:ea ut nuntiem.
Quae maxime in rem uoſtram cõmunem ſient:
Nam uos quidem iam ſcitis conceſſum & datum
Mibi eſſe ab diis aliis nuntiis praeſim & lucro.
Haec ut me uultis approbare adnitier.
Lucrum ut perenne uobis ſemper ſuperet:
Ita huic facietis fabulae ſilentium.
Itaq; aequi & iuſti hic eritis omnes arbitri

Nunc cuius iuſſu uenio: & quã ob rem uenerim
Dicam: ſimulque ipſe eloquar nomen meum.
Iouis iuſſu uenio: nomen mercurii eſt mihi
Pater huc me miſit ad uos oratum meus
Tametſi pro imperio uobis quod dictum foret.
Scibat facturus: quippe qui intellexerat
Vereri uos & ſe & metuere: ita ut ęquum eſt iouem:
Verum profecto hoc petere me precario
A uobis iuſſit leniter dictis bonis.
Etenim ille cuius huc iuſſu uenio iuppiter
Non minus quã uoſtrum quiuis formidat malum
Humana matre natus humano patre:
Mirari non eſt aequum ſibi ſi prętimet.
Atque ego quoque & qui iouis ſum filius
Contagione meae matris metuo malum.
Propterea pacem aduenio & pacem ad uos affero:
Iuſtam rem & facilem eſſe oratam a uobis uolo.
Nam iuſte ab iuſtis iuſtus ſum orator datus.
Nam iniuſta a iuſtis impetrari non decet.
Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt:
Quippe illa iniqui ius ignorant: neque tenent
Nunc iam huc animum ad ea quę loquar aduortite.
Debetis uelle quę uelimus. meruimus
Et ego: & pater de uobis & republica.
Nam quid ego memorem: ut alios in tragoediis
Vidi neptunum: uirtutem: uictoriam:
Martem: bellonam: commemorare quę bona
Vobis feciſſent: quis benefactis meus pater
Deorum regnator architectus omnibus!
Sed mos nunq̃ illi fuit patri meo
Vt exprobraret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur eſſe id a uobis ſibi:
Meritoque uobis bona ſe facere quę facit.
Nunc quam rem oratum huc ueni: primum proloquar.
Poſt argumentum huius eloquar tragoedię.
Quid contraxiſtis frontem! quia tragoediam
Dixi futuram hanc! deus ſum: commutauero
Eandem hanc: ſi uoltis: faciam ex tragoedia
Comoedia ut ſit omnibus iſdem uerſibus.
Vtrum ſit an non uoltis! ſed ego ſtultior:
Quaſi neſciam uos uelle qui diuus ſiem.

Teneo quid animi uoſtri ſuper hac re ſiet.
Faciam ut commiſta ſit tragico comoedia.
Nam me perpetuo facere ut ſit comoedia
Reges quo ueniant & dii:non par arbitror.
Quid igitur?quoniam hic ſeruos quoq; partes faciam
Sit pro inde(ut dixi)tragico comoedia.
Nunc hoc me orare a uobis iuſſit iuppiter
Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia
Eant per totam caueam:ſpectatoribus:
Si cui fautores delegatos uiderint.
Vt bis in cauea pignus capiantur togę:
Siue qui ambiſſent palmam biſtrionibus:
Siue quoiq̃ artifici:ſeu per ſcriptas litteras:
Siue adeo ędiles perfidioſe cui dĩunt.
Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe iuppiter
Quaſi magiſtratum ſibi alteriue ambiuerit.
Virtute dixit uictores innuere
Non ambitione:neque perfidia:qui minus
Eadem biſtrioni ſit lex quae ſummo uiro?
Virtute ambire oportet non fautoribus.
Sat habet fautorum ſemper qui recte facit.
In illis fides eſt:quibus eſt ea res in manu.
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit:
Vt conquiſitores fierent biſtrionibus:
Qui ſibi mandaſſent delegati ut plauderent:
Quiue quo placerent alter feciſſet minus.
Eius ornamenta & corium uti conciderent
Mirari nolim uos quapropter iuppiter
Nunc biſtriones curet:ne meremini.
Ipſe hanc acturus eſt iuppiter comoediam.
Quid admirati eſtis?quaſi uero nouum
Nunc proferatur iouem facere biſtrioniam.
Etiam biſtriones anno cum proſcenio hic
Iouem inuocarunt uenit:auxilio is fuit.
Pręterea certo prodit in tragoedia.
Nanc fabulam inquam hic iuppiter hodie ipſe aget.
Et ego una cum illo.nunc animum aduortite:
Dum huius argumentum eloquar comoedię.
Hęc urbs eſt thebae:in illiſcę habitat ędibus
Amphitryo natus argis ex argo patre.
Qui cum alcumena eſt nupta electri filia.

Is nunc amphitryo prẹfectus eſt legionibus
Nam cum telobois eſt bellum thebano populo.
Is priuſq̃ hinc abiit ipſemet in exercitum
Grauidam alcumenam uxorem fecit ſuam.
Nam ego uos nouiſſe credo iam ut ſit pater meus.
Q; liber harum rerum multarum ſiet:
Quantuſq; amator ſiet quod complacitũ eſt ſemel.
Is amare occepit alcumenam clam uiro.
Vſuramque eius corporis cẹpit ſibi.
Et grauidam fecit is eam compreſſu ſuo.
Nunc de alcumena.ut rem teneatis rectius
Vtrinque eſt grauida:& ex uiro:& ex ſummo ioue.
Et meus pater nunc intus cum illa cubat.
Et hẹc ob eam rem nox eſt facta lõgior.
Dum illa qua cum uult uoluptatem capit.
Sed ita aſſimilauit ſe quaſi amphitryo ſiet.
Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini
Q; ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema.
Veterem atque antiquam rem nouã ad uos proferam.
Propterea ornatus in nouum inceſſi modum.
Nam meus pater intus nunc eſt:eccum:iuppiter
In amphitryonis uertit ſeſe imaginem.
Omneſque eum eſſe cenſent ſerui qui uident.
Ita uerſipellem ſe facit quando lubet.
Ego ſerui ſumpſi ſoſiẹ mibi imaginem:
Qui cum amphitryone abiit hinc in exercitum.
Vt prẹſeruire amanti meo poſſem patri.
Atquẹ ne qui eſſem familiares quaererent
Verſari crebro hic quum uiderent me domi.
Nunc quum eſſe crederent ſeruum & conſeruum ſuum
Naud quilq̃ quẹret qui ſiem:aut quid uenerim.
Pater nunc intus ſuo animo morem gerit.
Cubat cõplexus:cuius cupiens maxime eſt.
Quẹ illi ad legionem facta ſunt memorat pater
Meus alcumenẹ:illa illum cenſet uirum.
Suũ eſſe quẹ cum moecho eſt.ibi nunc meus pater
Memorat legiones hoſtium ut fugauerit:
Quo pacto ſit donis donatus plurimis.
Ea dona quae illic amphitryoni ſunt data
Abſtulimus:facile meus pater quod uult facit.
Nunc hodie amphitryo ueniet huc ab exercitu:

Et ſeruos:cuius ego banc fero imaginem.
Nunc internoſſe ut uos poſſitis facilius
Ego bas babebo uſque in petaſo pinnulas.
Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaſo.id ſignum amphitryoni non erit.
Ea ſigna nemo horum familiarium
Videre poterit:uerum uos uidebitis.
Sed amphitryonis illic eſt ſeruus ſoſia.
A portu illic nunc cum laterna aduenit.
Abigam iam ego illum aduenientem ab ędibus.
Adeſt:ferit:operepreciũ hic ſpectantibus.
Iouem & mercurium facere biſtrioniam.

Soſia. Mercurius.

So. q Vi me:alter eſt audacior homo?Aut qui cõfidentior?
Iuuentutis mores qui ſciã:qui hoc noctis ſolus ãbulẽ?
Quid faciam nũc ſi tres uiri me in carcerẽ cõpegerit?
Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum?
Nec cauſam liceat dicere mibi:neq; in bero quicq̃ auxilii ſiet?
Nec quiſq̃ ſit quin me omnes eſſe dignum deputent
Ita q̃ſi incudem me miſerũ bomines octo ualidi cedant.
Nec ęquum an ne iniquum imperet cogitabat.
Ita peregre ueniens boſpitio publicitus accipiat.
Hęc beri īmodeſtia coegit me q̃ b̃ noctis a portu inḡtũ. excitauit.
Non ne idem hoc lucis me mittere potuit?
Opulento homini baec ſeruitus dura eſt.
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruos.
Nocteſque dieſq; aſſiduo ſatis ſuperque eſt.
Quo facto aut dicto adeſt opus quietus ne ſis.
Ipſe dominus diues operis & laboris expers
Quodcunq; homini accidit libere poſſe retur.
Aequum eſſe putat:non reputat laboris quid ſit.
Nec ęquum an ne iniquum imperet cogitabit.
Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.
Habendum & ferundum hoc opus eſt cum labore.
Satius ẽ me queri nullo modo fuitutẽ bodie qui fuerim liber:
Eam nũc potius pater ſeruitutis bic qui uerna natꝰ eſt queritꝰ.
Sum uero uerna uerbo nunc uero mibi in mente fuit
Dis aduenientẽ gratias pro meritis agere:atq; alloqui:
Nę illi edepol ſi merito meo referre ſtudeant gratias.
Aliquẽ hominẽ allegẽt qui mibi aduenienti os occillet probe:
Quoniã bene quę in me fecerint īgrata ea babui:atq; irrita.

Me. Facit ille quod uulgo haud ſolẽt ut quid ſe ſit dignũ ſciat.
So. Quod nunq̃ opinatus fui:neq; alius quiſq̃ ciuium:
Sibi euenturũ id contigit ut ſalui potiremur domi.
Victores:uictis hoſtibus legiones reueniunt domum.
Duello extincto maximo:atq; internectis hoſtibus.
Qui multa thebano populo acerba obiecit funera.
Id ui & uirtute militũ uictũ atq; expugnatũ oppidum eſt.
Imperio:atq; auſpicio heri mei amphitryonis maxime.
Pręda atq; agro adoreaq; affecit populares ſuos.
Regiq; thebano creonti regnum ſtabiliuit ſuum.
Me a portu pręmiſit domum:ut hęc nuntiẽ uxori ſuę.
Vt geſſerit rempublicam ductu:impio:auſpicio ſuo.
Ea nũc meditabor quo modo illi dicã quum illo aduenero.
Si dixero mendacium.ſolens meo more fecero.
Nam quum pugnabant maxĩe:ego fugiebã maxime.
Veruntamen quaſi adfuerĩ ſimulabo atq; audita eloquar.
Sed quo modo & uerbis q̃bus me deceat fabularier.
Prius ipſe mecum etiã uolo hic meditari:ſi hoc proloquar.
Prícipio ut illo aduenimus ubi primũ terram tetigimus:
Continuo amphitryo delegit uiros primorũ principes.
Eos legat telobois:iubet ſententiam ut dicant ſuam.
Si ſine ui & ſine bello uelint rapta & raptores tradere:
Si quę aſportaſſent redderẽt ſe exercitũ extemplo domũ
Reducturum:abituros agro argiuos pacem atq; ociũ
Dare illis:ſin aliter ſient animati:neq; dent quę petat:
Seſe igit̃ ſumma ui:uiriſq; eorum oppidum expugnaſſe:
Haec ubi telobois ordine iterarunt quos pręfecerat
Amphitryo magnanimi uiri freti uirtute:& uiribus
Superbe nimis ferociter legatos noſtros increpant:
Reſpondent bello ſe & ſuos tutari poſſe.proinde uti
Propere de ſuis finibus exercitus deducerent.
Haec ubi legati pertulere:amphitryo caſtris illico
Producit omnem exercitum.contra teloboę ex oppido
Legiones educũt ſuas nimis pulchris armis prędĩtas.
Poſtq̃ utrinq; exitum eſt maxima copia:
Diſpertiti uiri:diſpertiti ordines:
Nos noſtras more noſtro & mõ inſtruximus legiones:itẽ
Hoſtes contra legiones ſuas inſtruunt.
Deinde utrique imperatores in mediũ exeunt.
Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.
Conuenit uicti utri ſint eo proelio

Vrbem:agrum:aras:focos:ſeque uti dederent.
Poſtq̃ id actum eſt:tubae utrinque canunt:contra
Conſonat terra:clamorem utrinque efferunt.
Imperator utrinque hinc & illinc ioui
Vota ſuſcipere:hortari exercitum.
Pro ſe quiſq; id quod quiſq; poteſt & ualet
Edit:ferro ferit:tela frangunt:boat
Coelum fremitu uirum:& ſpiritu atq; anhelitu.
Nebula conſtat:cadunt uulneris ui & uirium.
Deniq; ut uolumus noſtra ſuperat manus.
Hoſtes crebri cadunt:noſtri contra ingruũt:uicimus ui feroces.
Sed fugam in ſe tamen nemo conuortitur:
Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat.
Animum omittunt priuſq̃ loco demigrent.
Quiſq; ut ſteterat iacet:obtinetq; ordinem.
Hoc ubi amphitryo herus conſpicatus eſt:
Ilico equites iubet dextera inducere.
Equites parent citi:ab dextera maximo
Cum clamore inuolant impetu alacri
Fedant ut proterunt hoſtium copias iure iniuſtas.
Me. Nunq̃ &iam quicq̃ adhuc uerborũ eſt prolocutus perperã.
Nanq; ego fui illic in re prẽſenti:& meꝰ quum pugnatꝰ ẽ pater.
So. Perduelles penetrãt ſe in fugã:ibi meus animus additus eſt.
Vortentibus telobois telis complebantur corpora.
Ipſuſq; amphitryo regẽ pterelam ſua obtruncauit manu.
Hẽc illic eſt pugnata pugna uſq; a mane ad ueſperum.
Hoc adeo hoc cõmemini magis quia illo die ĩpranſus fui.
Sed proelium id tandẽ diremit nox interuentu ſuo.
Poſtridie in caſtra ex urbe ad nos ueniũt flẽtes principes:
Velatis manibus orant ignoſcamus peccatum ſuum.
Deduntq; ſe diuina humanaq; omnia urbem & liberos.
In ditionem atq; in arbitratũ cuncti thebano populo.
Poſt ob uirtutem hero amphitryoni patera donata eſt aurea.
Qui pterela potare rex ſolitus eſt:hẽc ſic dicam herae.
Nũc pergã heri imperium exequi:& me domum capeſſere.
Me. Atat illic illuc iturus eſt:ibo ego illi obuiam.
Neq; ego hũc hominẽ hodie ad ẽdis has ſinã nunq̃ accedere.
Quãdo imago eſt huius ĩ me certum eſt hominẽ eludere.
Et enimuero qm̃ formam cẽpi huius in me & ſtatum:
Decet & facta moreſq; huius habere me ſimiles item.
Itaq; me malum eſſe oportet callidum aſtutũ admodũ:

Atque hunc telo ſuo ſibi malitia a foribus pellere.
Sed qd illuc eſt? caelũ aſpectat: obſeruabo quã rem agat.
So. Certe edepol ſcio ſi quicq̃ ẽ aliud quod credã aut certo ſciã
Credo ego hac noctu nocturnũ obdormiuiſſe ebrium.
Nã neq; ſe ſeptentriones quoq̃ in cęlo commouent.
Neque ſe luna quoq̃ mutat atq; uti exorta eſt ſemel.
Nec iugulae: nec ueſperugo: neque uergilię occidunt.
Iſta ſtatim ſtant ſigna: neque nox quoq̃ concedit diei.
Me. Perge nox ut occepiſti: gere patri morem meo.
Optume optumo optumã opam das: datã pulchre locas.
So. Neque ego hac nocte longiorem me uidiſſe cenſeo.
Niſi item unã uerberatus quã pependi perpetem.
Eam quoq; edepol etiã multo hęc uicit longitudine.
Credo edepol equidẽ dormire ſolem atque appotũ probe.
Mira ſunt niſi inuitauit ſeſe in coena pluſculum.
Me. A in uero uerbero? deos eſſe tui ſimilis putas?
Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer
Accipiam. modo ſis ueni huc: inuenies infortunium.
So. Vbi ſunt iſti ſcortatores qui ſoliti inniti cubant?
Hęc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male.
Me. Meus pater nunc ꝑ huius uerbis recte & ſapienter facit
Qui complexus cũ alcumena cubat amans animo obſequens.
So. Ibo ut herus quod impauit alcumenę nuntiem
Sed qs hic eſt homo quẽ ante ędis uideo? h̃ noctis non placet.
Me. Nullus eſt h̃ meticuloſus aeque. So. quẽ in mentem uenit?
Illic homo hoc denuo uolt pallium dexterę.
Me. Timet homo: deludã ego illum. So. pol dentes pruriunt
Certe aduenientem: hic me hoſpitio pugnę accepturus eſt
Credo miſericors eſt nunc propterea ꝙ me meus herus
Fecit ut uigilarẽ: hic pugnis faciet hodie ut dormiam.
Oppido interii. obſecro hercle quantus & q̃ ualidus eſt.
Me. Clara uerſum fabulabor: hic auſcultet quę loquar.
Igitur magis modum maiorẽ in ſeſe concipiet metum.
Agitẽ pugni iam diu eſt ꝙ uentri uictum non datis.
Iampridem uidetur factũ heri: ꝙ homines quattuor
In ſoporem collocaſtis nudos. So. formido male
Non ego hic nomẽ meũ cõmutem: & quintus fiam e ſoſia.
Quattuor uiros ſopori ſe dediſſe hic autumat.
Metuo ne num augeã illũ. Me. hem nunc iam ergo ſi colo.
So. Cingitur: certe expedit ſe. Mer. non foret quin uapulet.
So. Quis hõ? Mer. quiſq̃s homo huc uenerit pugnos edat.

So. Apage.non placet me hoc noctis esse:coenaui modo.
Proin tu istam coenam largire si sapis esurientibus.
Me. Haud malũ huic est pondus pugno.So.perii:pugnos põderat.
Me. Quod si ego illũ tracti tangam ut dormiat.So.seruaueris
Nam continuas astris noctes peruigilaui.Me.pessumũ est.
Facinus: nequiter ferire malam male discit manus.
Alia forma esse oportet quem tu pugno legeris.
So. Illic homo me interpolabit:meũq; os finget denuo.
Me. Exossatum os esse oportet:quẽ probe percusseris.
So. Mirum ne hic me quas murçnã exossare cogitat.
Vltro istic.qui exossat homines:perii si me aspexerit.
Me. Olet homo quidam malo suo.So.hei nunq̃ obolui.
Me. Atq; haud lõge abesse oportet.So.uerum longe hic abfuit.
Me. Illic homo superstitiosus est.gestiunt pugni mihi.
So. Si ĩ me exerciturus quçso in parietẽ ut primum domes.
Me. Vox mihi ad aures aduolauit.So.ne ego homo infelix fui
Qui non alas interuelli:uolucrem uocem gestito.
Me. Illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo.
So. Nõ equidẽ ullũ habeo iumẽtũ.Me.onerandus ẽ pugnis probe.
So. Lassus sum hercle:e naui ut uectus huc sum:etiã nũc nauseo.
Vix incedo inanis:ne ire posse cum onere existimes.
Me. Certe enĩ hic nescio qs loquitur.So.saluus sum nõ me uidet
Nescio quem loqui autumat:mihi certo nomẽ sosia est.
Me. Hinc enim mihi dextera uox auris ut uidetur uerberat.
So. Metuo uocis ne uice hodie hic uapulem:quç hũc uerberat.
Me. Optume eccũ incedit ad me.So.timeo:totus torpeo.
Non edepol nunc ubiterrarũ sim scio ubi rõget
Neq; miser me cõmouere possum prç formidine.
Illic enim mandata heri perierunt una & sosia.
Verũ certo est confidenter hominem contra colloqui
Igit̃ q possim uideri huic fortis:a me ut abstineat manũ?
Me. Quo ãbulas tu qui uulcanũ in cornu conclusum geris?
So. Quid id exquiris tu qui pugnis exossas homines?
Me. Seruus ne an liber.So.utcunq; animo collibitum est meo.
Me. A in uero?So.aio enĩuero.Me.uerbero.So.mentiris nũc.
Me. At iam faciam ut uerum discas dicere.So.quid eo opus est?
Me. Possum scire quo profectus:cuius sis:aut quid ueneris?
So. Huc eo:heri sum seruus:nunquid nunc es certior?
Me. Ego tibi istã hodie scelestã cõprimã linguã.So.haud potes.
Bene pudiceq; asseruatur.Me.pergin argutarier?
Quid apud hasce çdis negociũ est tibi?So.immo quid tibi est?

Me. Rex creo uigiles nocturnos singulos semper locat.
So. Bñ facit quia nos erramus peregre tutatus ẽ domũ.
At nunc abi:sane aduenisse familiares dicito.
Me. Nescio quantum familiaris sis:nisi actutũ binc abis.
Familiaris accipere faxo haud familiariter.
So. Hic inquam habito ego:atq; hoy seruus sum.Me.at sin qũo?
Faciam ego hodie te supbũ nisi binc abis.So.quonã modo?
Me. Auferere:non abibis:si ego fustem sumpsero.
So. Quin me esse huius familię familiarem prędico.
Me. Videsis:q̃mox uapulare uis:nisi actutũ binc abis.
So. Tun domo prohibere peregre me aduenientẽ postulas?
Haecine tua domus est Me.ita inquam.
Me. Quis herus est igitur tibi?
So. Amphitryo qui nunc prętectus est thebanis legionibus.
Quicũ nupta ẽ alcumena.quid ais?quod nomen tibi est?
So. Sosiam uocant thebani duo prognatum patre.
Me. Ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis
Aduenisti audacię columen consutis dolis.
So. Immo equidẽ tunicis consutis huc aduenio non dolis.
Me. At mentiris etiã:certo pedibus non tunicis uenis.
So. Ita profecto.Me.nunc profecto uapula ob mendaciũ.
So. Non edepol uolo profecto.Me.at pol profecto ingratis.
Hoc quidem profecto:certum est:non est arbitrarium.
So. Tuam fidem obsecro.Me.tunte audes sosiam esse dicere.
Qui ego sum?So.perii.Me.parũ etiã pre ut futurũ est p̃dicas.
Quouis nũc es?So.tuus.nam pugnis usufecisti tuum.
Profidi thebani ciues.Me.etiam clamat carnifex.
Eloquere:quid ueniisti?So.ut esset quẽ tu pugnis cęderes.
Me. Cuius es So?.amphitryonis inquã sosia.Me.ergo istoc magis
Quia uaniloquus uapulabis.ego sum non tu sosia.
So. Ita dii faciant ut tu potius sis:atq; ego te ut uerberẽ.
Me. etiã mutis?So.iam tacebo.Me.qs tibi herus ẽ So.quẽ tu uoles.
Me. Quid igitur?qui nunc uocare?So.nemo nisi quẽ iusseris.
Me. Amphitryonis te esse aiebas sosiã.So.peccaueram.
Nam amphitryonis socium nę me esse uolui dicere.
Me. Sciebam equidẽ nullũ essẽ nobis nisi me seruum sosiam.
Fugit te ratio.So.utinam istuc pugni feciissent tui.
Me. Ego sum sosia ille quẽ tu dudũ esse aiebas mibi.
So. Obsecro ut per pacẽ liceat te alloqui ut ne uapulem.
Me. Immo indutię parump fiant si quid uis loqui.
So. Non loquar nisi pace facta.quãdo pugnis plus uales.

Me. Dicito ſi quid uis:nõ nocebo.So.tuę fidei credo.Me.meę.
So. Quid ſi falles?Me.tũ mercurius ſoſię iratus ſiet.
So. Animum aduorte.nũc licet mihi libere quiduis loqui.
Amphitryonis ego ſum ſeruus ſoſia.Me.etiam denuo?
So. Pacem feci:foedus feci:uera dico.Me.uapula.
So. Vt libet:quid tibi libet fac:qm̃ pugnis plus uales.
Verum utut es facturus b̃ q dẽ hercle haud reticebo tamẽ.
Me. Tu me uiuus hodie nunq̃ facies.quin ſim ſoſia.
So. Certe edepol tu me alienabis nunq̃ quin noſter ſiem
Nec nobis pręter me alius quiſq̃ eſt ſeruus ſoſia.
Quicũ amphitryone hinc una ieram in exercitum.
Me. Hic homo ſanus nõ eſt.So.quod mihi p̃dicas uitiũ id tibi eſt.
Quid malum?non ſum ego ſeruus amphitryonis ſoſia?
Nonne hac noctu noſtra nauis ex portu perſico
Venit quę me aduexit?nonne me huc herus miſit meus?
Nõne ego nunc ſto ante ędes noſtras?nõ mihi ẽ laterna ĩ manu?
Nõ loq̃r?non uigilo?nõne hic hõ mõ me pugnis contudit?
Fecit hercle:nam etiam miſero nunc malę dolent.
Quid igit ego dubito?aut cur nõ ĩtroeo in noſtram domũ?
Me. Qui domũ noſtrã?So.ita eninuero.Me.quęcũq; dixiſti modo
Omnia ementitus:equidem ſoſia amphitryonis ſim.
Nam noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra e portu perſico
Et ubi pterela rex regnauit oppidũ expugnauimus.
Et legiones teloboarum ui pugnando cępimus.
Et ipſus amphitryo obtrũcauit regẽ pterelã in proelio.
So. Egomet mihi nõ credo quum illęc illũ autumare audio.
Hic q dẽ certe quę illic ſunt res geſtę memorat memoriter.
Sed quid ais?quid amphitryoni a telobois datum eſt?
Me. Pterela rex qui potitare ſolitus eſt patera aurea
So. Elocutus eſt.ubi patera nunc ẽ?Me.in ciſtula
Amphitryonis obſignata ſigno eſt.So.ſigni dic quid eſt?
Me. Cũ quadrigis ſol exoriens.qd me captas carnifex?
So. Argumentis uincit:aliud nomen quęrendum eſt mihi.
Neſcio unde hęc hic ſpectauit:iam ego hunc decipiã probe.
Nã quod egomet ſolus feci:nec quiq̃ alius affuit
In tabernaculo:id quidem hodie nunq̃ poterit dicere.
Si tu ſoſia es:legiones quum pugnabant maxime:
Quid in tabernaculo feciſti?uictus ſum ſi dixeris.
Me. Cadus erat uini:inde ĩpleui birneam.So.ingreſſus iam.
Me. Eam ego ut matre fuerat natum uini eduxi meri.
So. Mira ſunt niſi latuit intus illic in illac birnea.

Me. Factum illud ut ego illic uini birneã ebiberim meri
Quid nunc? uincon argumẽtis te non eſſe ſoſiam?
So. Tu negas me eſſe. Me. quid ego ni negẽ: qui egomet ſiem?
So. Per iouem iuro me eſſe: neque me falſum dicere.
Me. At ego per mercurium iuro tibi iouem non credere.
Nam iniurato ſcio plus crederet mihi: q̃ iurato tibi.
So. Quis ego ſum ſaltem? ſi non ſum ſoſia te interrogo.
Me. Vbi ego ſoſia nolim eſſe: tu eſto ſane ſoſia.
Nũc quãdo ego ſum uapulabis: ni hinc abis ignobilis.
So. Certe edepol quum illũ contemplo & formã cognoſco meã.
Quẽadmodũ ego ſæpe in ſpeculum inſpexi nimis ſimile ẽ mei.
Itidẽ habet petaſum: ac ueſtitũ: tam cõſimile eſt atq; ego:
Sura: pes: ſtatura: tonſus: oculi: naſa: uel labra:
Malæ: mentum: barba: collum: totus: quid uerbis opuſt?
Si tergum cicatricoſum: nihil hoc ſimile eſt ſimilius.
Sed quum cogito equidẽ certo idem ſum qui ſemper fui.
Noui herum: noui ædis noſtras: ſane ſapio & ſentio.
Non ego illi obtempero quod loquit̃: pultabo foris.
Me. Quo agis te? So. domũ. Me. quadrigas ſi nũc incẽdas iouis
Atq; hinc fugias: ita uix poteris effugere infortunium.
So. Nõne heræ meæ nuntiare quod herus meus iuſſit licet?
Me. Tuæ ſi quid uis nuntiare: hanc noſtrã adire non ſinam.
Nam ſi me irritaſſis: hodie lumbifrangium hinc auferes.
So. Abeo potius: di immortales obſecro ueſtram fidem
Vbi ego perii? ubi immutatus ſum? ubi ego formã perdidi?
An egomet me illic reliqui: ſi forte oblitus fui?
Nã hic qdẽ omnẽ imaginẽ meam: quæ ante hac fuerat poſſidet.
Viuo fit quod nunq̃ quiſq̃ mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum: atq; hæc ut ſunt facta hero dicã meo.
Niſi et is quoq; me ignorabit: quod ille faciat iuppiter.
Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pilleum:

Mercurius.

b Ene proſpereq; hoc hodie opis proceſſit mihi.
Amoui a foribus maximam moleſtiam:
Patri ut liceret tuto illam amplexarier.
Nã ille illuc ad herum quum amphitryonẽ aduenerit
Narrabit ſeruum hinc ſeſe a foribus ſoſiam
Amouiſſe: ille adeo illum mentiri ſibi
Credet: neq; credet huc profectum ut iuſſerat:
Erroris ambo ego illos & dementiae
Complebo: atq; omnem amphitryonis familiã

Adeouſq; ſacietatem dum capiet pater
Illius quã amat: igitur demũ omnes ſcient
Quę facta: denique alcumenam iuppiter
Rediget antiquam in concordiam coniugis.
Nam amphitryo actutum uxori turbas conciet:
Atq; inſimulabit eam probri tum. meus pater
Iam ſeditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de alcumena dudum quod diximus.
Hodie illa pariet filios geminos duos.
Alter decumo poſt menſe naſcetur puer.
Q; ſeminatus. alter menſe ſeptimo.
Eorum amphitryonis alter eſt: alter iouis.
Verũ minori puero: puero maior eſt pater.
Minor maiori: iamne hoc ſcitis quid ſiet?
Sed alcumenę huius honoris gratia:
Pater curauit uno: ut foetu fieret.
Vno ut labore abſoluat ęrumnas duas.
Et ne in ſuſpicione ponatur ſtupri.
Et clandeſtina ut celetur ſuſpicio:
Quanq̃ (ut iandudum dixi) reſciſcet tamen
Amphitryo rem omnẽ. quid igit̃? nemo id probro
Profecto ducet alcumenae. nam deum
Non par uidetur facere delictum ſuum:
Suamq; ut culpam expetere immortalẽ ut ſinat
Orationem comprimam: crepuit foris
Amphitryo ſubditicius eccum exit foras
Cum alcumena uxore uſuraria.

Iuppiter. Alcumena. Mercurius.

Iu. b Ene uale alcumena: cura rẽ communẽ quod facis
Atquin pge quęſo: menſes iam tibi eſſe actos uides,
Mihi neceſſe eſt ire hinc: uerum quod erit natum tollito
Al. Quid iſtuc eſt mi uir negocii quod tu tam ſubito domo
Abeas? Iu. edepol haud quod tui me neq; domi diſtedeat
Sed ubi ſummus imperator non adeſt ad exercitum
Citius quod nõ facto eſt uſus fit q̃ quod facto eſt opus.
Me: Nimis hic ſcitus eſt ſicophanta qui q̃dẽ ſit meus pater.
Obſeruato te q̃ blande mulieri palpabitur.
Al. E caſtor te experior quanti facias uxorem tuam
Iu. Satin habes ſi foeminaꝝ nulla eſt quã aeque diligam?
Me. Edepol ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare.
Ego faxim te amphitryonem eſſe malis q̃ iouem.

Al. Experiri iſtuc mauellem me: q̃ mihi memorarier
Prius abis q̃ lectus ubi cubuiſti concaluit locus.
Heri ueniſti media nocte: nunc abis. hoccine placet?
Me. Accedam: atque hanc appellabo: & ſupparaſitabor patri.
Nunq̃ edepol quenq̃ mortalem credo ego uxorem ſuam
Sic efflictim amare proinde ut hic te efflictim deperit.
Iu. Carnifex non ego te noui? abin e conſpectu meo.
Quid tibi hanc curatio ẽ rem uerbero? aut mutito
Quo ego iam hoc ſcipione. Al. ab noli. Iu. mutito modo.
Me. Nequiter pene expediuit prima paraſitatio.
Iu. Verũ quod tu dicis mea uxor non te mihi iraſci decet.
Clanculum abii a legione: operã hanc ſurripui tibi.
Ex me primo prima ſcires rem ut geſſiſſem publicam.
Ea tibi omnia enarraui: niſi te amarem plurimum
Non facerẽ. Me. facit ne ut dixi? timidam palpo pcutit.
Iu. Nũc ne legio perſentiſcat clam illuc redeundũ eſt mihi:
Ne me uxorem prçuertiſſe dicant prç republica.
Al. Lachrymantem ex abitu concinnas tu tuã uxorẽ. Iu. tace.
Ne corrumpe oculos: redibo actutũ. Al. id actutum diu eſt.
Iu. Non ego te hic lubẽs relíquo neq; abeo ab ſtẽ. Al. ſentio.
Nã qua nocte ad me ueniſti eadẽ abis. Iu. cur me tenes?
Tempus exire ex urbe: priuſq̃ luceſcat uolo.
Nũc tibi hanc paterã: quç dono mihi illic ob uirtutẽ dateſt
Pterela rex qui potitauit: quẽ ego mea occidi manu.
Alcumena tibi condono. Al. facis ut alias res ſoles.
E caſtor condignum donũ qualis eſt qui donum dedit.
Me. Immo ſic condignũ donũ qualeſt quoi dono datũ eſt.
Iu. Pergin autẽ? nonne ego poſſum furcifer te perdere?
Al. Noli amabo amphitryo iraſci ſoſiç cauſa mea.
Iu. Faciam ita ut uis. Me. ex amore hic admodũ q̃ ſçuus eſt?
Iu. Nunqd uis? Al. ut quum abſim me ames: me tuã te abſente
Tamẽ. Me. eamus amphitryo: luceſcit hoc iam.
Iu. Abi prç ſoſia: iã ego ſequar: nũqd uis? Al. etiã ut actutũ adueĩas.
Iu. Licet: prius tua opinione hic adero: bonũ animum habe.
Nunc te nox quç manſiſti mitto: ut cedas diei,
Vt mortalibus illuceſcas luce clara & candida.
Atq; quanto nox fuiſti longior hac proxima
Tanto breuior: dies ut fiat: faciam ut çque diſpar
Et dies & nox accedat: ibo & mercuriũ ſubſequar.

Amphitryo. Soſia.

Am. a Ge i tu ſecundus. ſequor. So. ſubſequor te

Am. Sceleſtiſſimũ te arbitror. So. nam q̃obrem?
Am. Quia id quod neq; eſt: neq; fuit: neque futurum eſt,
Mihi prędicas. So. ecce rem: iam tu autem
Facis ut tuis nulla apud te ſit fides.
Am. Quid eſt? quo modo? iam quidẽ hercle ego tibi iſtam
Sceleſtam ſcelus linguam abſcindam. So. tuus ſum.
Proinde ut cõmodum ſiet lubet quicq; facias
Tamen quin loquar hęc uti facta ſunt hic
Nunq̃ ullo modo me potes deterrere.
Am. Sceleſtiſſime audes mihi prędicare id.
Domi te eſſe nunc qui hic ades? So. uera dico.
Am. Malũ quod tibi dii dabunt: atq; ego hodie dabo.
So. Iſtuc tibi ſt in manu: nam tuus ſum.
Am. Tum me uerbero audes herum ludificarier?
Tum id dicere audes quod nemo unq̃ homo ante hac
Vidit? nec poteſt fieri tempore uno
Homo idem duobus locis ut ſimul ſit.
So. Profecto ut loquor res ita eſt. Am. iuppiter te perdat.
So. Quid mali ſum here tua ex re promeritus?
Am. Rogas ne improbe etiam qui ludificas me?
So. Merito maledicas mihi ſi ita id factum eſt.
Vex haud mẽtior: reſq; utifacta dico. Am. hõ ẽ ebriꝰ ẽ ut opĩor.
So. Vtinã ita eſſem. Am. optas quę facta. So. ego ne?
Am. Tu iſtic ubi bibiſti? So. nuſq̃ eqdem bibi. Am. q̃d hoc ſit hoĩs?
So. Eqdẽ decies dixi domi ego ſum ĩ quã eq̃d audis? & apud te
Adſum ſoſia idẽ: ſatin hoc plane: ſatin diſerte here nunc.
Nũc uideor tibi locutus eſſe. Am. uah apage te a me. So. q̃d eſt
Negocii? Am. peſtis te tenet. So. nam quid iſtuc.
Dicis? equidem ualeo & ſaluus ſum recte ampbitryo.
Am. At ego faciam hodie proinde hac meritus es
Vt minus ualeas & miſer ſis: ſaluus domũ ſi rediero: iam
Sequere ſic herum qui ludificas dictis delirantibus.
Qui quoniã herus quod imperauit neglexiſti perſequi.
Nũc uenis etiã ultro irriſum dominũ: quę neq; fieri
Poſſunt: neq; fando unq̃ accepit q̃ſq̃ profers carnifex
Quouis ego hodie in tergo faxo iſta expetant mẽdacia.
So. Ampbitryo miſerrima iſtęc miſeria eſt ſeruo bono.
Apud herum qui uerba loquitur? ſi id ui uerum uincitur.
Am. Quo id malũ pacto potes? nam mecum argumentis puta
Fieri. nũc ut tu hic ſis et domi. id dici uolo.
So. Sum profecto & hic & illic. hoc cuiuis mirari licet.

Neque tibi iſtuc mirum magis uidetur q̃ mihi.
Am. Quo modo? So. nihilo inquã mirum magis tibi iſtuc q̃ mihi.
Neq; ita me dii ament credebam primo mihimet ſoſię.
Donec ſoſia ille egomet fecit ſibi uti crederem
Ordine omne ut quicq̃ actũ eſt dum apud hoſtes ſedimus
Ediſſertauit: tũ formam una abſtulit cum nomine.
Neq; lac lacti magis eſt ſimile. q̃ ille ego ſimilis eſt mei.
Nam ut dudũ ante lucem a portu me prȩmiſiſti domum.
Am. Quid igit̃? So. prius multo ante ędis ſtabã q̃ illo aduenera m.
Am. Quas malũ nugas? ſatin tu ſanus es? So. ſic ſum ut ut uides.
Am. Huic homini neſcio quid eſt mali mala obiectum manu.
Poſtq̃ a me abiit. So. fateor. nam ſum obtuſus pugnis peſſume.
Am. Quis te uerberauit? So. egomet memet: qui nũc ſum domi.
Am. Caue quicq̃ niſi quod rogabo te mibi reſponderis.
Omnium primum iſte qui ſit iſte ſoſia hoc dici uolo.
So. Tuus eſt ſeruus. Am. mihi quidẽ uno te plus etiã ẽ q̃ uolo.
Neq; poſtq̃ ſum natus habui niſi te ſeruum ſoſiam.
So. At ego nunc amphitryo dico ſoſiam ſeruum tuum.
Prȩter me alterum inquã aduenięs faciã ut offendas domi.
Dabo prognatum patre eodem quo ego ſum forma: ętate item
Qua ego ſum: qd opus ẽ uerbis? geminus ſoſia hic fact? ẽ tibi.
Am. Nimia memoras mira: ſed uidiſtin uxorem meam?
So. Quin introire in ędis nunq̃ licitũ eſt. Am. quis te phibuit?
So. Soſia ille: quem iandudum dico is qui me contudit.
Am. Quid iſtic ſoſia eſt? So. ego inquã quotiẽs dicendũ eſt?
Am. Sed quid ais? nũ obdormiuiſti dudũ nulq̃ gentiũ ſoſia?
Ibi forte iſtum ſi uidiſſes quendam in ſomnis ſoſiam.
So. Non ſoleo ego ſomniculoſe heri imperia perſequi.
Vigilans uidi: uigilans nũc uideo: uigilans fabulabor.
Vigilantem ille me iandudum uigilans pugnis contudit.
Am. Quis hõ? So. ſoſia inquã ego ille. quęſo nõne intelligis?
Am. Qui malũ intelligere quilq̃ potis eſt ita nugas blactis?
So. Verũ actutũ noſces inquã illum noſces ſeruum ſoſiam.
Am. Sequere hac igit̃ me: nã mihi iſtuc primũ exquiſito ẽ opus.
Sed uide ex naui efferãtur quę iam imperaui omnia.
So. Et memor ſum & diligens ut quę imperes compareãt.
Non ego cum uino ſimitu ebibi imperium tuum.
Am. Vtinam di faxint: infecta dicta recte ueniant tua.

Alcumena. Amphitryo. Soſia.

Al. ſ Atin parua res eſt uoluptatum in uita:
Atque in aetate agunda.

Prę quę quod moleſtũ eſt:ita quoique compatum
eſt in ętate hominum:
Ita dis placitum uoluptati ut moeror comes conſequatur.
Quin incõmodi plus maliq; illico adſit:boni ſi obtigit qd
Nã ego id nũc experior domo:atq; ipſa de me ſcio.cui uoluptas
Parumper dataſt:dũ uiri mei mihi poteſtas uidẽdi fuit
Noctẽ unã mõ:atq; is repente abiit a me binc ante lucẽ.
Sola hic mihi nũc uideor:qp ille hĩc abeſt quẽ ego amo prę ter oẽs.
Plꝰ ęgri ex abitu uiri:q̃p ex aduẽtu uoluptatis cępi.ſ3 hoc me beat.
Saltẽ qp per duelles uicit:& domũ laudis cõpos reueĩt:ĩ ſolatio ẽ.
Abſit:dũ modo laude parta domũ recipiat ſe:ferã:& pferã uſq;.
Abitũ eius animo forti atq; obfirmato:id mõ ſi mercedis
Datur mihi ut meus victor uir belli reducat:ſatis
Mihi eſſe dicam.uirtus premiũ eſt optimum
Virtus omnibus rebus anteit profecto
Libertas:ſalus:uita:res:parentes:patria:& prognati
Tutantur:ſeruantur.uirtus omnia in ſeſe habet.
Omnia adſunt bona quem peneſt uirtus.
Am. Edepol me uxori exoptatũ credo aduenturum domũ
Quę me amat:quã contra amo:prę ſertim re geſta bene.
Victis hoſtibus:quos nemo poſſe ſupari ratus eſt
Eos auſpicio meo:atq; ductu primo coetu uicimus.
Certe enĩ me illi expectatum:optatum uenturũ ſcio.
So. Qui me non expectatũ rere amicę uenturum meę.
Al. Meus uir hic qdẽ ẽ.Am.ſequere hac tu me.Al.nã qd ille reũtit?
Qui dudũ properare ſeſe aiebat?an ille me tẽtat ſciens?
Atq; id ſi uult experiri ſuum abitum ut deſiderem.
E caſtor me haud inuita ſe domum recepit ſuam.
So. Amphitryo redire ad nauẽ meliꝰ ẽ nos.Am.qua gratia?
So. Quia domi daturus nemo ẽ prandiũ aduenientibus.
Am. Qui tibi nũc iſtuc ĩ mẽtẽ ueĩt?So.qp enĩ ſero aduenimus.
Am. Qui?So.qp alcumenã ante ędis ſtare ſaturam intelligo.
Am. Grauidã ego illã hic reliqui q̃ abeo.So.hei perii miſer.
Am. Quid tibi ẽ?So.ad aquã prebendã adueni domum:
Decumopoſt menſe ut rationem te dictare intelligo.
Am. Bono animo es.So.ſcin q̃ bono aĩo ſim?ſi ſitulã iã cępero
Nunq̃ edepol tu mihi diuino quicq̃ creduis poſt hũc diem
Ni ego illi puteo ſi occepſo animã omnem intertraxero.
Am. Sequere ac me mõ:alium ego iſti rei alligabo:ne time.
Al. Magis nũc meũ officiũ facerem:ſi huic eã aduerſum arbitror.
Am. Amphitryo uxorem ſalutat laetus ſperatam ſuam:

Quã omnium thebis uir unam eſſe optimam diiudicat.
Quamq; adeo ciues thebani uero rumificant probam.
Valuiſtin uſq; expectatũ aduenio? So. haud uidi magis
Expectatum: eum ſalutat haud quiſq̃ q̃ canem.
Am. Et quum te grauidã: & quum te pulchre plenã aſpicio gaudeo.
Al. Obſecro caſtor quid tu me deridiculi gratia
Sic ſalutas: atq; appellas quaſi dudum non uideris?
Quaſi qui nũc primũ recipias te domum huc ex hoſtibus?
Atq; me nũc pro inde appellas quaſi multopoſt uideris.
Am. Immo equidẽ te niſi nũc hodie nuſq̃ uidi gentium.
Al. Cur negas? Am. quia uera didici dicere. Al. haud ęquũ facit:
Qui quod didicit id dediſcit: an periclitamini
Quid animi habeã? ſed quid huc reuortimini tã cito?
Ante te auſpiciũ cõmoratum ẽ? an tempeſtas continet.
Qui non abiſti ad legiones ita ui dudum dixeras?
Am. Dudũ? q̃du dũ iſtuc factũ eſt? Al. tẽtas: iã dudũ: pridẽ: modo.
Am. Qui iſtuc potis ẽ fieri quęſo: ut dicis iandudum modo?
Al. Quid enĩ cenſes te ut deludam contra luſorem meum.
Qui nũc primũ te aduenmſſe dicas: mõ qui hĩc abieris?
Am. Hęc quidẽ deliramenta loquitur. pauliſper mane.
Dum edormiſcat unum ſomnũ: quę ne uigilãs ſomniet.
Al. Equidẽ ecaſtor uigilo: & uigilãs id quod factũ ẽ fabulor.
Nã dudũ ante lucẽ & iſtunc & te uidi. Am. quo in loco?
Al. Hic í ędibus ubi tu habitas. Am. nunq̃ factũ eſt. So. nõ taces?
Quid ſi e portu nauis huc nos dormientis detulit?
Am. Etiã tu quoq; aſſentaris huic? So. quid uis fieri?
Non tu ſcis bacchę bacchanti ſi uelis aduerſarier
Ex inſana inſaniorem facies: feriet ſępius.
Si obſequaris una reſoluas plaga. Am. atpol qn certa res
Hãc eſt adiurgare: quę me hodie aduenientẽ domum
Noluerit ſalutare. So. irritabis crabrones. Am. tace.
Alcumena unũ rogare te uolo. Al. quid uis rogare roga.
Am. Nunc tibi aut ſtulticia acceſſit: aut ſuperat ſuperbia?
Al. Qui iſtuc in mente eſt tibi mi uir percontarier?
Am. Quia ſi ſalutare uenientem me ſolebas antehac.
Appellare itidem: ut pudice ſuos uiros quę ſunt ſolent.
Eo more expertẽ te factã aduenientem offendi domum.
Al. E caſtor equidẽ te certo heri aduenientem ilico
Et ſalutaui & ualuiſſes ne uſq; exqueſiui ſimul
Mi uir: & manũ prehendi: & oſculum detuli tibi.
So. Tun heri hunc ſalutauiſti? Al. & te quoq; etiam ſoſia.

So. Amphitryo ſperaui ego iſtam tibi parituram filium.
Verum non eſt puero grauida. Am. quid igitur. So. inſania
Al. Equidē ſana ſum: & deos quęſo ut ſalua pariam filium.
Verum tu magnum malū habebis: ſi hic ſuū officiū facit.
Ob iſtuc a me nominator capies quod te condecet.
So. Eninuero pręgnanti oportet malum dari:
Vt quod obrodat ſit animo: ſi male eſſe occeperit.
Am. Tu me heri hic uidiſti? Al. ego inquā ſi uis decies dicere.
Am. In ſōnis fortaſſe. Al. īmo uigilās uigilātem. Am. ue miſero mihi.
So. Quid tibi ē? Am. delirat uxor. So. atra bili percita eſt.
Nulla res tam delirantis homines concinnat cito.
Am. Vbi primum ſenſiſti mulier implici ſcier?
Al. Equidē ecaſtor ſana & ſalua ſum. Am. cur igit̄ prędicas
Te heri me uidiſſe: qui hac noctu in portū aduecti ſumus?
Ibi coenaui: atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neque meū pedem huc intuli etiam in ędis: ut cū exercitu
Hinc profectus ſum ad teloboas hoſtis: eoſq; ut uicimus.
Al. Immo mecū coenauiſti: & mecū cubuiſti. Am. quid id eſt?
Al. Vera dico. Am. nō de hac quidē hercle re. de aliis neſcio.
Al. Primulo diluculo abiſti ad legiones. Am. quo modo?
So. Recte dicit ut comminiſt. ſomnium narrat tibi.
Sed mulier poſtq̄ experrecta es: prodigiali ioui
Aut mola ſalſa hodie: aut thure cōprecatam oportuit.
Al. Ve capiti tuo. So. tua iſtuc refert ſi curaueris.
Al. Iterū iam hic in me inclementer dicit atq; id ſine malo.
Am. Tace tu: tu dic: ego ne abſ te abii hinc hodie cū diluculo?
Al. Quis igit̄ niſi uos narrauit mihi illic ut fuerit proelium?
Am. An etiā id tu ſcis? Al. quippe qui ex te audiui ut urbē maximā
Expugnauiſſes: regemq; pterelam tute occideris.
Am. Egone iſtuc dixi? Al. tu te iſtic etiā adſtante hoc ſoſia.
Am. Audiſtin tu me narrare hoc hodie? So. ubi ego audiuerim?
Am. Hanc roga. So. me quidē pñte nunq̄ factum eſt quod ſciā.
Al. Mirum quin te aduerſus dicat. Am. ſoſia age me huc aſpice.
So. Specto. Am. uera uolo loqui te. nolo aſſentari mihi.
Audiſtin tu hodie me dicere ea quę illa autumat?
So. Quęſo edepol num tu quoq; etiā inſanis quum id me īterrogas?
Qui ipſus equidē nunc primū iſtanc teçū conſpicio ſimul.
Am. Quin nunc mulier audin illum? Al. eo fit quia mihi
Plurimū credo & ſcio iſta & facta proinde ut proloquor.
Am. Tun me heri aduenisſe dicis? Al. tun te abiſſe hinc negas?
Am. Ego eninuero: & me aduenire nūc primū aio ad te domū.

Al. Obsecro etiam ne hoc negabis: te auream paterã mihi.
Dedisse dono hodie. qua te illic donatum esse dixeras?
Am. Neq; edepol dedi: neq; dixi: uerum ita animatus fui.
Itaq; nunc sum ut ea te patera donem: sed quis istuc tibi
Dixit? Al. ego equidem ex te audiui: & ex tua accepi manu
Paterã. Am. mane mane obsecro te. nimis demiror sosia.
Qui illaec illic me donatum esse aurea patera sciat.
Nisi tu dudum hanc cõueneristi: & narrauisti hęc omnia.
So. Neq; edepol ego dixi: neq; istam uidi nisi tecum simul.
Am. Quid hoc sit hominis. Al. uin ꝓferri paterã? Am. ꝓferri uolo.
Al. Fiat: tu thessala intus pateram profer to foras:
Qua hodie meus uir donauit me. Am. secede huc tu sosia.
Eninuero illud prẽter alia mira miror maxime
Si hęc habet paterã illã. So. an etiã credis id q̃ ĩ hac cistellula
Tuo signo obsignata ferunt? Am. saluũ signũ est. So. inspice.
Am. Recte ita ẽ ut obsignaui. So. quęso quin tu istãc iubes.
Pro cerita circũferri? Am. edepol qui facto est opus?
Nam hęc quidẽ edepol laruarũ plena sunt. qd uerbis opust?
Hem tibi paterã eccã. Al. credo mihi age aspice huc sis nũc iã
Tu q. quę facta inficiare: quẽ ego iã hic conuincã palam.
Est ne hęc patera qua donatus illic? Am. summe iuppiter.
Quid ego uideo? hęc ea est profecto patera: perii sosia.
So. Aut pol hęc prestigiatrix mulier multo maxima est.
Aut paterã hic inesse oportet. Am. agedũ eam solue cistulã.
So. Quid ego ista exoluã? obsignatast recte: res gesta ẽ bene.
Tu peperisti amphitryonẽ: ego alium peperi sosiam.
Nũc si paterã patera peperit: omnes congeminauimus.
Am. Certũ est aperire: atq; inspicere. So. uidesis signi quid siet.
Ne posterius in me culpã transferas. Am. aperi modo.
Nam hęc quidẽ nos delirantes facere dictis postulat.
Al. Vnde hęc igit̃ est nisi ab ste quę mihi dono data est?
Am. Opus mihi ẽ istuc exqsito. So. iuppiter. prob iuppiter.
Am. Quid tibi ẽ? So. ꝟ patera nulla in cistulast. Am qd ego audio?
So. Id qũod uerust. Am. actũ: cruciatu iã nisi apparet tuo.
Al. Hęc quidẽ apparet. Am. quis igitur tibi dedit? Al. qui me rogat.
So. Me captas q; tute ab naui clanculum huc alia uia
Pręcucurristi: atque hinc paterã tute exemisti: atq; eam
Huic dedisti: postbac rursum obsignasti clanculũ.
Am. Hei mihi iam tu quoq; huius adiuuas insaniam.
Ain heri nos uenisse huc? Al. aio: aduenienſq; illico.
Me salutauisti: & ego te: & osculum tetuli tibi.

Am. Iam illud non placet de oſculo: pergam exequi?
Al. Lauiſti. Am. quid poſtꝙ laui? Al. accubuiſti. So. euge optime.
Nunc exquire. Am. ne interpella: perge porro dicere.
Al. Coena appoſita eſt: coenauiſti mecū: ego accubui ſimul.
Am. In eodem lecto? Al. in eodē. So. ei non placet conuiuium.
Am. Sine modo argumenta dicat: qnid poſtq̄ coenauimus?
Al. Te dormitare aiebas: menſa ablata eſt: cubitū hīc abimus.
Am. Vbi tu cubuiſti? Al. in eodē tecum una in cubiculo.
Am. Perdidiſti. So. qd tibi ē? Am. hęc me mō ad mortē dedit.
Al. Quid iā amabo? Am. ne me appella. So. qd tibi ē? Am. perii miſer.
Quia pudicitię huius uiciū me hic abſente eſt additum.
Al. Obſecro e caſtor cur iſtuc mi uir ex te audio?
Am. Vir ego tuus ſim? ne me appella falſo nomine.
So. Hęret hęc res. ſi quidē hęc iam mulier facta eſt ex uiro.
Al. Quid ego feci? qua iſtęc propter dicta dicantur mihi?
Am. Tu te edictas facta tua: ex me quęris quid deliqueris.
Al. Quid ego tibi deliqui? ſi cui nupta ſum tecum fui?
Am. Tun mecū fueris: quid illac impudente audacius?
Saltem ture ſi pudoris egeas ſumas mutuum.
Al. Iſtuc facinus qd̄ tu inſimulas noſtro generi non decet:
Tu ſi me impudicitiae captas non potes capere.
Am. Prob di immortalis cognoſcin tu me ſoſia ſaltem?
So. Propemodū. Am. coenaui ego heri in naui ī portu perſico?
So. Mihi quoq; adſunt teſtes: q illud qd̄ ego dicā aſſentiant.
Neſcio quid iſtuc negocii dicam niſi quiſpiam eſt
Amphitryo alius: qui forte te hic abſente tamen
Tuā rem curet: teq; abſente hic munus fungatur tuum.
Nanque de illo ſubditiuo ſoſia mirum nimis eſt:
Certe de hoc amphitryone iā alterum nimis eſt magis.
Neſcio quis pręſtigiator hanc fruſtratur mulierem.
Al. Per ſupremi regis regnū iuro: & matremfamilias
Iunonē: quam me uereri & metuere eſt par maxime:
Vt mihi extra unū te mortalis nemo corpus corpore
Contigit: quo me impudicā faceret. Am. uera iſtęc uelim.
Al. Vera dico: ſed nequicq̄: quoniā non uis credere.
Am. Mulier es: audacter iuras. Al. quę non deliquit decet.
Audacē eſſe: confidenter pro ſe & proterue loqui.
Am. Satis audacter. Al. ut pudicā decet. Am. in uerbis probas.
Al. Non ego illam mihi dotem duco eſſe: quę dos dicitur.
Sed pudicitiā: & pudorem: & ſedatum cupidinem.
Deum metū: parentum amorē: & cognatum concordiā.

Tibi morigera:atq; ut munifica ſim bonis:proſim probis.
So. Nę iſta edepol ſi hęc uera loquitur.examuſſim eſt optima.
Am. Delinitus ſum profecto ita:ut me qui ſim neſciam.
So. Amphitryo es profecto:caueſis ne tu te uſu perduis.
Ita nũc homines imutantur:poſtq; peregre aduenimus.
Am. Mulier iſtã rem inquiſitam certum eſt non amittere.
Al. Edepol me libente facies.Am.quid ais?reſponde mihi.
Quid ſi adduco tnũ cognatum huc a naui naucratam:
Qui mecũ una uectus eſt una naui:atq; is ſi denegat
Facta quę tu facta dicis:quid tibi aequum eſt fieri?
Nunqd cauſam dicis qn te hoc multem matrimonio.
Al. Si deliqui nulla cauſa eſt.Am.conuenit:tu ſoſia.
Duc hos intro.ego huc ab naui mecũ abducã naucraten
So. Nunc quidẽ pręter nos nemo eſt:dic uerum ſerio.
Ecquis alius ſoſia intuſt:qui mei ſimilis ſiet?
Al. Abin hinc a me dignus domino ſeruus?So.abeo ſi iubes.
Al. Nimis ecaſtor facinus mirum eſt qui illi collibitũ ſiet.
Meo uiro ſic me inſimulare falſum facinus tam malum.
Quicqd id eſt:iã ex naucrate cognato id cognoſcã meo.

Iuppiter.

e Go ſum ille amphitryo cuius eſt ſeruus ſoſia.
Idem mercurius qui ſit quando commoduſt.
In ſuperiore qui habito coenaculo.
Qui interdum fio iuppiter quando lubet.
Huc autem quo exemplo aduentum apporto ilico
Amphitryo fio:& ueſtitum immuto meum.
Nunc huc honoris uęſtri uenio gratia
Ne hanc incobatam tranſigam comoediam.
Simul alcumenę quam uir inſontem probri
Amphitryo accuſat ueni ut auxilium feram.
Nam mea ſit culpa:quod egomet contraxerim
Si id alcumenae innocenti expetat.
Nunc amphitryonem memet ut occepi ſemel
Eſſe aſſimulabo:atque in horum familiam
Fruſtrationem hodie iniciam maximam.
Poſt igitur demum faciam res fiat palam.
Atq; alcumenę in tempore auxilium feram.
Faciamq; ut uno foetu & quod grauida eſt uiro:
Et me quod grauidaſt pariat ſine doloribus.
Mercurium iuſſi me continuo conſequi
Si quid uellem imperarem:nunc hanc alloquar.

Al. d Vrare nequeo in ędibus ita me probri
Stupri dedecoris a uiro argutam meo.
Ea quę sunt facta infecta re acclamitat.
Quę neq; sunt facta:neq; ego in me admisi arguit.
Atque id me susq; deq; esse habituram putat.
Ne edepol faciam:neq; me perpetiar probri.
Falso insimulatam:quin ego illum aut deseram:
Aut satisfaciat mihi:atque adiuret insuper
Nolle esse dicta quę in me insontem protulit.
Iu. Faciundum est mihi illud fieri quod illęc postulat.
Si me illam amantem ad sese studeam recipere:
Quādo ego quod feci factū id amphitryoni obfuit:
Atq; ille dudum meus amor negocium
Insonti exhibuit.nunc autem insonti mihi
Illius ira in hanc & maledicta expetent.
Al. Et eccum uideo qui me miseram arguit.
Stupri:dedecoris. Iu.te uolo uxor colloqui.
Quo te auertisti?Al.ita ingenium meum est
Inimicos osa sum semper obtuerier.
Iu. Eia autem inimicos.Al.sic est.uera prędico.
Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
Iu. Nimis uerecūda es.Al.potin est ut abstineas manū?
Nam certo si sis sanus:aut sapias satis.
Quam tu impudicā esse arbitrere & prędices
Cum fatus sermonem nec ioco nec serio
Tibi habeas nisi si sis stultior stultissimo.
Iu. Si dixi nihilo magis es:neque esse arbitror.
Et id huc reuorti:ut me purgarem tibi
Nam nunq̄ quicq̄ meo animo fuit ęgrius
Q̄ postq̄ audiui te esse iratam mihi.
Cur dixisti inquies.ego expediam tibi.
Non edepol quo te esse impudicam crederem:
Verum periclitatus sum animum tuum.
Quid faceres:& quo pacto id ferre induceres.
Et quidē ioco illa dixeram dudum tibi
Ridiculi causa.uel hunc rogato sosiam.
Al. Quin huc adducis meum cognatum naucraten?
Testem quem dudum te adducturum dixeras
Te huc non ueniisse.Iu.si quid dictum est per iocum
Non ęquum est id te serio pręuortier.

Al. Ego illud ſcio q̃ doluerit cor di meo.
Iu. Per dexteram tuam te alcumena ora obſecro
Da mihi hanc ueniam:ignoſce:irata ne ſies.
Al. Ego iſtęc feci uerba uirtute irrita.
Nun quando factis me impudicis abſtines
Ab impudicis dictis auorti uolo
Valeas:tibi habeas res tuas:reddas meas.
Iuben mihi ire comites.Iu.ſanan es?Al.ſi non iubes
Ibo egomet:comitem mihi pudicitiam duxero.
Iu. Mane:arbitratu tuo iuſiurandum dabo.
Me meam pudicam eſſe uxorem arbitrarier.
Id ego ſi fallo tum te ſumme iuppiter
Quęſo amphitryoni ut ſemper iratus ſies.
Al. Ah propicius ſit potius.Iu.confido fore.
Nam iuſiurandum uerum te aduerſum dedi
Iam nunc irata non es.Al.non ſum.Iu.bene facis.
Nam in hominum ętate multa eueniunt huiuſmodi.
Capiunt uoluptates:capiunt rurſum miſerias.
Irę interueniunt:redeunt rurſum in gratiam.
Verum irę ſi quę forte eueniunt huiuſmodi:
Inter eos rurſum ſi reuentum in gratiam eſt
Bis tanto amici ſunt inter ſe q̃ prius.
Al. Primum cauiſſe oportuit ne diceres.
Verum eadem ſi eiſdem purgas mihi patiunda ſunt.
Iu. Iube uero uaſa pura adornari mihi
Vt quę apud legionem uota uoui ſi domum
Rediſſem ſaluus ea ego exoluam omnia.
Al. Ego iſtuc curabo.Iu.euocate huc ſoſiam
Gubernatorem qui in mea naui fuit.
Blepharonem arceſſat:qui nobiſcum prandeat.
Is adeo impranſus ludificabitur.
Quum ego amphitryonem collo hinc obſtricto trahã.
Al. Mirum quid ſolus ſecum ſecreto ille agat.
Atq; aperiuntur aedes:exit ſoſia.

Soſia. Iuppiter. Alcumena.

a Mphitryo adſũ:ſi q̃d opus ẽ impa:imperiũ exequar.
Iu. Optume aduenis.So.iam pax eſt inter uos duos.
Nã quia uos tranquillos uideo:gaudeo:& nolupe ẽ mihi.
Atq; ita ſeruũ par uidetur frugi ſeſe inſtituere.
Proinde heri ut ſint ipſe itẽ ſit:uultum e uultu cõparet
Triſtis ſit.heri ſi triſtes:hylarus ſit.ſi gaudeant.

Sed age reſponde:iam uos rediſtis in concordtam?
Iu. Derides qui ſcis bęc iandudũ me dixiſſe per iocum.
So. An id ioco dixiſti:equidem ſerio ac uero ratus.
Iu. Habui expurgationem.facta pax eſt.So.optume eſt.
Iu. Ego rẽ diuinam intus faciã:uota quę ſunt.So.cenſeo.
Iu. Tu gubernatorem a naui huc euoca uerbis meis
Blepharonem:ut re diuina facta mecum prandeat.
So. Iã hic ero quum illic cenſebis eſſe me.Iu.actutũ huc redi.
Al. Nun q̃d uis?quin abeã iam intro:ut apparetur q̃bus opuſt.
Iu. Iſane:& quantũ potes parata facta ſint omnia.
Al. Quin uenis quando uis intro:faxo haud q̃cq̃ ſit morę.
Iu. Recte loquere.& proinde diligentem ut uxorem decet.
Iam hi ambo & ſeruus & hera fruſtra ſunt duo.
Qui me amphitryonem rent eſſe:errant probe.
Nunc tu diuine huc fac adſis ſoſia.
Audis quę dico tametſi pręſens non ades
Fac amphitryonem aduenientem ab ędibus
Vt abigas quouis pacto:fac commentus ſies.
Volo diludi illum:dum cum hac uſuraria.
Vxore nunc mihi morigero.bęc curata ſient.
Facſis.proinde adeo ut uelle me intelligis.
Atq; ut miniſtres mibi.cum mibi ſacrificem.

Mercurius.

c Oncedite:atq; abſcedite:omnes de uia decedite
Nec quiſq̃ tam audax fuat bõ qui obuiã obſiſtat mibi.
Nam mibi quidẽ hercle qui minus liceat deo minitarier.
Populo ut decedat mibi:q̃ ſeruulo in comœdiis?
Ille nauẽ ſaluam nuntiat:aut irati aduentum ſenis.
Ego ſum iouis dicto audiẽs: eius iuſſu nunc huc me affero.
Quãobrem mibi magis par eſt de uia decedere & cõcedere.
Pater uocat me:eũ ſequor:eius dicto impio ſum audiens.
Vt filium bonum patri eſſe oportet.itidem.
Amanti ſupparaſitabor:horto:aſto:admoneo:gaudeo:
Siqd patri uolupeſt:uoluptas ea mibi multo maximaſt.
Amat:ſapit:recte facit animo quando obſequitur ſuo
Quod omnes homines facere oportet:dũ id modo fiat bono.
Nunc amphitryonem uult deludi meus pater:faxo probe
Iam hic deludetur ſpectatores uobis ſpectantibus.
Capiã coronam mibi in caput:aſſimulabo me eſſe ebriũ.
Atq; illuc ſurſum aſcendero:inde optume cispellã uirum:
De ſupero quum huc acceſſerit:faciã ut ſit madidus ſobrius.

Deinde ille actutum ſufferet ſuus ſeruus poenas ſoſia.
Eum feciſſe ille hodie arguet quę ego fecero hic.qd eſt mea?
Meo me ęquũ eſt morigerũ patri eius ſtudeo ſeruire addecet:
Sed eccum amphitryonem adueĩt.iã ille hic deludet̃ probe.
Siquidem uos uultis auſcultando operam dare.
Ibo intro:ornatum capiam qui potius decet.
Deinde ſurſum aſcendam in tectũ:ut illũ binc prohibeã.

Amphitryo.

n Aucratẽ quẽ conuenire uolui in naui non erat
Neq; domi:neq; in urbe inueio quẽq̃ q illum uiderit.
Nam omnis plateas perreptaui:gymnaſia:myropolia
Apud emporium:atq; in macello:in paleſtra:atq; in foro:
In medicinis:in tonſtrinis:apud omnis ędis ſacras:
Sum defeſſus quęritando:nuſq̃ inuenio naucratem.
Nunc domũ ibo:atq; ex uxore hãc rẽ pergam exquirere
Quis fuerit quẽ propter corpus ſuum ſtupri cõpleuerit.
Nam me q̃ illam quęſtionem inquiſitam hodie amittere
Mortuũ ſatius ẽ:ſed aedis occluſerũt:euge pariter hoc fit.
Atq; ut alia facta ſunt:feriam foris:aperite hoc
Heus ecquis hic eſt?ecquis hoc aperit boſtium?

Mercurius. Amphitryo.

Me. q Vis ad fores?Am.ego ſũ.Me.qd ego ſũ?Am.ita loquor.
Me. Tibi iuppiter diq; oẽs irati certo ſunt:q ſic frãgas fores.
Am. Quo modo?Me.eo modo ut profecto uiuas ętatẽ miſer.
Am. Soſia.Me.ita ſum ſoſia niſi me eſſe oblitum exiſtimas.
Quid nũc uis?Am.ſceleſte at etiã qd ueli id tu me rogas.
Me. Ita rogo:pene effregiſti fatue foribus cardines.
An foris cenſebas nobis publicitus pręberier.
Quid me aſpectas ſtolide?qd nũc uis tibi?aut quis tu es homo?
Am. Verbero etiã qs ego ſi me rogitas?ulmorũ acheruns?
Quẽ pol ego hodie ob iſtaec dicta faciã feruentem flagris.
Me. Prodigũ te fuiſſe oportet.oli in adoleſcentia.Am. qui dum?
Me. Quia ſenecta ętate a me mendicas malum.
Am. Cum cruciatu tuo iſtęc hodie uerna uerba funditas.
Me. Sacrufico ego tibi.Am.qui?Me.quia enim te macto.

Blepharo. Amphitryo. Iuppiter

Ble. u Os inter uos partite:ego abeo:mihi negocium eſt.
Neq; ego unq̃ uſq̃ tanta mira me uidiſſe cenſeo.
Am. Blepharo quęſo te ut aduocatus mihi adſis:ne ue abeas.Ble.uale.
Quid opuſt me aduocato?quin utri ſim aduocatus neſcio.
Iu. Intro ego binc eo:alcumena parturit.Am.perii miſer.

Quid ago? quẽ? aduocati iam: atq; amici deserunt?
Nunꝯ edepol me inultus istic ludificauit quisquis est.
Nã iam ad regẽ recta me ducam: resq; ut facta est eloquar.
Ego pol illum ulciscar hodie thessalum ueneficum:
Qui peruerse perturbauit familię mentem meę.
Sed ubi illest? intro edepol abiit: credo ad uxorem meam.
Qui me thebis alter uiuit miserior? quidnam agam?
Quẽ omnes mortales ignorant & ludificãt ut [illegible].
Certust introrũpã ĩ ędibus: ubi quẽq; hominẽ alpexero:
Siue ancillam: siue seruum: siue uxorem: siue adulterum:
Seu patrem: siue auum uidebo: obtruncabo in ędibus.
Neq; me iuppiter: neq; di omnes id probibebũt. si uolunt.
Quin sic faciam ut costitui: pgam in ędibus nunc iam.
Bromia ancilla. Amphitryo.
d Apes: atq; opes uitę meę iacent sepulte in pectore
Neq; ulast confidentia iã ĩ corde quin amiserim.
Ita mibi uident omnia: mare: terra: caelum consequi
Iam ut opprimar: ut enecer: me miseram. qd agã nescio.
Ita tanta mira in ędibus sunt facta: ue miserę mibi
Animo malest: aquam uelim: corrupta sũ: atq; absumpta sum.
Caput dolet: neq; audio: nec oculis prospicio satis.
Nec me miserior foemina est: neq; ulla uideatur magis.
Ita berę meę bodie contigit: nam ubi parturit: deos sibi inuocat.
Strepit9: crepit9: sonit9: tonitr9: ut subito: ut ppe: ut ualide tonuit.
Vbi quisq; institerat concidit crepitu: ibi nescio quis maxima
Voce exclamat alcumena adest auxilium: ne time:
Et tibi: & tuis propicius caeli cultor aduenit.
Exurgite inquit qui terrore meo occidistis prę metu.
Vt iacui exurgo: ardere censui ędis: ita tum fulgebant.
Ibi me inclamat alcumena: iam ea res horrore afficit.
Herilis prąuertit metus: accurro ut sciscam qd uelit.
Atq; illam geminos filios pueros peperisse conspicor.
Neq; nostrum quisq̃ sensimus quum peperit.
Neq; prąuidimus: sed boc quid? quis bic est senex.
Qui ante ędis nostras sic iacet? nũnam bunc pcussit iuppiter?
Credo edepol: nã prob iuppiter sepultus ẽ quasi sit mortuus.
Ibo & cognoscam quisquis est: ampbitryo bic quidẽ
Amphitryo. Am. perii. Bro. surge. Am. interii. Bro cedo manũ.
Am. Quis me tenet? Bro. tua bromia ancilla.
Am. Totus timeo. ita me increpuit iuppiter:
Nec secus est q̃ si ab cheronte ueniã: sed quid tu foras

Egreſſa es?Bro.eadem nos formido timidas terore ĩpulit.
In ędibus tu ubi habitas nimia mira uidi:ue mibi
Amphitryo ita mibi animus etiã nũc abeſt.Am.agedũ expedi.
Scin me tuũ eẽ berũ amphitryonẽ.Bro.ſcio.Am.uide etiã nunc.
Bro. Scio.Am.bęc ſola ſarcam geſtat mea familiarium.
Bro. Immo oẽs ſani ſunt profecto.Am.at me uxor ĩſanũ facit.
Suis fedis factis.Bro.at ego faciã tu idem ut aliter prędices.
Amphitryo piam & pudicam eſſe tuã uxorẽ ut ſcias
De ea re ſigna atq; argumẽta paucis uerbis eloquar.
Omniũ primum alcumena geminos peperit filios.
Am. Ain tu gemĩos?Bro.geminos.Am.di me ſuãt.Bro.ſine me dicẽ.
Vt ſcias tibi tuęq; uxori deos eſſe omnis propicios.
Am. Loquere.Bro.poſtq̃ parturire bodie uxor occepit tua.
Vbi utero exorti dolores ut ſolent puerperę
Inuocat deos ĩmortãles:ut ſibi auxilium ferant.
Manibus puris:capite operto:ibi continuo contonat
Sonitu maximo.ędes primo ruere rebamur tuas.
Aedes totę conſulgebant tuę quaſi eſſent aureae.
Am. Quęſo abſoluito binc me extemplo quãdo ſatis deluſeris.
Quid fit deinde?Bro.dum bęc aguntur interea uxorẽ tuã
Neq; gementẽ:neq; plorantẽ noſtrum quiſq̃ audiuimus:
Ita profecto ſine dolore peperit.Am.iam iſtuc gaudeo.
Vtut erga me merita:Bro.mitte iſtęc:atq; bęc quę dicã accipe.
Poſtq̃ peperit pueros:lauare iuſſit nos:occepimus.
Sed puer ille quẽ ego laui ut magnus ẽ & multum ualet.
Neq; eum quiſquã colligare quiuit in cunabulis
Am. Nimia mira memoras:ſi iſtęc uera ſunt diuinitus
Non metuo:quin meę uxori late ſuppetię ſient.
Bro. Magis iam faxo mira dices:poſtq̃ in cunas cõditus eſt:
Deuolant angues iubati deorſum ĩ impluuium duo
Maximi:continuo extollunt ambo capita.Am.bei mibi.
Bro. Ne paue:ſed angues oculis omnis circunuiſere.
Poſtq̃ pueros conſpicati.pergunt ad cunas citi.
Ego cunas receſſum uorſum trabere & ducere
Metuens pueris:mibi formidans:tãtoq; angues acrius
Perſequi:poſtq̃ conſpexit angues ille alter puer:
Alterũ alter apprebendit eos manu perniciter:
Citus e cunis exilit:facit recta in anguis impetum.
Am. Mira memoras:nimis formidoſum prędicas facinus.
Nam mibi borror membra miſero pcipit dictis tuis.
Quid fit deinde porro loquere.Bro.puer ambos anguis enecat.

Dum hęc agunt:uoce clara exclamat uxorem tuam.
Am. Quis hō?Bro.ſummus impator diuū atq; hominū iuppiter.
Is ſe dixit cum alcumena clam conſuetum cubilibus:
Eumq; filium ſuum eſſe qui illos angues uicerit.
Alterū eſſe tuū dixit puerum.Am.pol me haud poenitet.
Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum ioue.
Abi domum:iube uaſa pura actutū adornari mihi:
Vt iouis ſuppremi multis hoſtiis pacem expetam.
Ego tireſiam coniectorem aduocabo & conſulam.
Quid faciundum cenſeat:ſimul hanc rē ut facta ē eloquar.
Sed quid hoc?q̄ ualide tonuit:di obſecro ueſtrā fidē.

Iuppiter.

b Ono animo es.adſum auxilio amphitryo tibi & tuis.
Nihil eſt quod timeas:hariolos:haruſpices.
Mitte omnis:quę futura & quę facta eloquar.
Multo adeo melius q̄ illi:quum ſum iuppiter.
Primū omnium alcumenę uſuram corporis
Cępi:ex concubitu grauidam feci filio.
Tu grauidam ita feciſti:quum in exercitum
Profectus:uno partu duos peperit ſimul:
Eorum alter noſtro qui eſt ſuſceptus ſemine:
Suis factis te immortali afficiet gloria.
Tu cū alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi:haud promeruit:quāobrem uicio uorteres.
Mea ui ſubacta eſt facere:ego in cōelum migro.

Amphitryo.

f Aciam ita ut iubes:& te oro promiſſa ut ſerues tua:
Ibo ad uxorem intro:miſſum faciā tereſiam ſenem.
Nunc ſpectatores iouis ſummi cauſa clare plaudite.

Plauti poetę clariſſ.Aſinaria.

Prologus.

Oc agite ſultis ſpectatores nunc iam
b Quę quidem mihi atq; uobis res uertat bene.
Gregiq; huic:& dominis atq; cōductoribus.
Ecce iā nunc tu preco omnē auritum populum.
Age. nunc reſide:caue modo ne gratis.
Nunc quid proceſſerim huc:& quid mihi uoluerim
Dicam:ut ſciretis nomen huius fabulę.
Nam quod ad argumentum attinet:ſane breueſt.

Nunc quod me dixi uelle uobis dicere
Dicam: huic nomen grẽce onagoſt fabulę.
Demophilus ſcripſit: macrus uortit barbare.
Aſinariam uolt eſſe ſi per uos licet.
Idem lepos: ludusq; in hac comoedia:
Ridicula res eſt: date benigne operam mihi.
Vt uos item alias: pariter nunc mars adiuuet.

Argumentum.

a Manti argento filio auxiliarier
Sub imperio uiuens uolt ſenex uxorio.
Itaque ob aſinos relatum precium
Numerari iuſſit ſeruo leonidę.
Ad amicam id fertur: cedit noctem filius.
Riuinus amens ob raptam mulierem
Is rem omnem uxori per paraſitum nunciat.
Accurit uxor: ac uirum eius triſte agit.

Libanus ſeruus. Demenetus ſenes.

Li. ſ Icut tuum uis unicum gnatum tuę.
Supereſſe uitę: ſoſpitem & ſupſtitem:
Perq; illam quam tu metuis uxorem tuam:
Si quid me erga hodie falſum dixeris:
Vt tibi ſuperſtes uxor ętatem ſiet:
Atq; illa uiua uiuus ut peſtem opperas.
De. Per deum fidium quęris iurato mihi
Video neceſſe eſſe ęloqui quicquid roges.
Ita me obſtinate aggreſſus: ut non audeam
Profecto percunctanti quin promam omnia.
Proinde actutum iſtuc quid eſt: quod ſcire expetis
Eloquere: ut ipſe ſcibo te faciam ut ſcias.
Li. Dic obſecro hercle ſerio: quod te rogem.
Caue mihi mendacii quicq̃. De. quin tu ergo rogas?
Li. Nuin me illuc ducis ubi lapis lapidẽ terit?
De. Quid iſtuc eſt? aut ubi iſtuc eſt terrarum loci?
Li. Vbi flent nequam homines: qui polentã pranſitant.
Apud fuſtidinas ferri crepidinas inſulas.
Vbi uiuos homines mortui incurſant boues.
De. Modo pol percepi libane quid iſtuc ſit loci.
Vbi fit polenta te fortaſſe dicere. Li. ab.
Neq; hercle ego iſtuc dico: nec dictum uolo.
Teq; obſecro hercle ut quę locutus deſpuas.
De. Fiat: geratur mos tibi. Li. age age uſq; excrea:

De. Etiã ne.Li.age quęſo hercle uſq; ex penitis faucibus.
Etiam amplius.De.nã quouſq;?Li.uſq; ad mortem uolo.
De. Caueſis malam rem.Li.uxoris dico non tuam.
De. Dono te ob iſtuc dictũ.ut expers ſis metu.
Li. Di tibi dent quęcunq; optes.De.redde operã mihi
Cur hoc ego ex te quęram?aut cur miniter tibi?
Quid iſtuc eſt:aut ubi iſtuc ſit nequeo noſcere.
Vbi flent neq̃ homines:qui polentam pranſitant.
Propterea quod me neſcientem feceris.
Aut cur poſtremo filio ſuccenſeam
Patres ut faciunt cęteri.Li.quid iſtuc noui eſt?
De. Equidem ſcio iam filius ꝙ amet meus
Iſtanc meretricem e proximo phílenium:
Eſtne hoc ut dico libane?Li.rectam inſtas uiam.
Ea res eſt:ſed eum morbus inuaſit grauis.
De. Quid morbi eſt?Li.quia non ſuppetunt dictis data.
De. Tune es adiutor nunc amanti filio?
Li. Sum uero:& alter noſter eſt leonida.
De. Bene hercle facitis:& a me initis gratiam.
Verum meam uxorem libane neſcis qualis ſiet?
Li. Tu primus ſentis:nos tamen prænoſcimus.
De. Fateor eam eſſe importunam atq; incõmodam.
Li. Poſterius iſtuc dicis:ꝙ credo tibi.
De. Omnes parentes libane liberis ſuis
Qui mihi auſcultabunt facient obſequelam.
Quippe qui mage amico utantur gnato & beneuolo.
Atq; ego me id facere ſtudeo:uolo amarí a meis:
Volo mei patris me ſimilem:qui cauſa mea
Nauclerio ipſe ornatu per fallaciam
Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.
Neq; puduit eum id ętatis ſycophantias
Struere:& beneficiis me emere gnatum ſuum ſibi.
Eos me decretuſt perſequi mores patris
Nam me hodie orauit argirippus filius
Vt ſibi amanti facerem argenti copiam:
Et id ego percupio obſequi gnato meo.
Volo amori obſecutum illius:uolo amet me patrẽ.
Quanq̃ illum mater arcte contenteq; habet.
Patres & conſueuerunt.ego mitto omnia hęc:
Præſertim quum is me dignũ quoi crederet.
Habuit:me habere honorem eius ingenio decet:

Quum me adiit(ut pudentẽ gnatũ çquum eſt)patrem.
Cupio eſſe amicę quod detargentum ſuę.
Li. Demiror quid ſit:& quo euadat ſum in metu.
De. Equidem iam ſcio filius quod amet meus.
Li. Cupis id quod cupere te nequicq̃ intelligo.
Dotalem ſeruum ſauream uxor tua
Adduxit:cui plus in manu ſit:q̃ tibi.
De. Argentum accepi dote:imperium uendidi.
Nunc uerba in pauca conferam quid te uelim:
Viginti iam uſuſt filio argenti minis:
Face id ut paratum iam ſit.Li.undegentium?
De. Me defraudato.Li.maximas nugas agis.
Nudo detrahere ueſtimenta me iubes.
Defrudem te ego?ageſis tu ſine pennis uola.
Te ne ego defrudem?quoi ipſi nibil eſt in manu.
Niſi quid tu porro uxorem defraudaueris?
De. Qua me:qua uxorem:qua tu ſeruom ſauream
Potes circunduce:aufer:promitto tibi
Non offuturum:ſi id bodie effeceris.
Li. Iubeas una opera me piſcari in aere:
Venari autem iaculo in medio mari.
De. Tibi optionem ſumito leonida
Fabricare quiduis:quid uis comminiſcere.
Perficito argentum bodie ut babeat filius:
Amicę quod det.Li.quid ais tu demenete?
Quid ſi forte in inſidias deuenero?
Tun redimes me ſi me boſtes interceperint?
De. Redimam.Li.tum tu igitur aliud cura quid lubet.
Eo ego ad forum niſi quiduis.De.fiet.ne ambula.
Atq; audin etiã.Li.ecce.De.ſi quid te uolam ubi eris?
Li. Vbicunq; libitum erit animo meo:profecto nemo eſt
Quem iam debinc metuam mibi.
Ne quid nocere mibi poſſit:quum tua oratione
Omnem animum oſtendiſti tuum.
Quin te quoq; ipſum faciam baud magni:ſi boc patro.
Pergam quo occepi:atq; ibi conſilia exordiar
Audin tu?apud archibulum ego ero argentarium.
De. Nempe in foro?Li.ibi ſi quid opus fuerit.De.meminero.
Nou eſſe ſeruus peior boc quiſq̃ poteſt
Nec magis uerſutus:nec quo abcaueas çgrius.
Eidem bomini ſi quid recte curatum uelis

Mandes:moriri ſeſe miſere mauolet.
Qꝛ non perfectum reddat:quod promiſerit.
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio eſſe q̃ me hunc ſcipionem contui.
Li. Sed quid ego ceſſo irꝫ ad forum:quod inceperam?
Atq; ibi manebo apud argentarium.

Argirippus. Adoleſcens.

ſ Iccine hoc fit foras aedibus me eiici?
Promerenti optume.boccine precii redditur?
Bene merenti mala es:male merenti bona es.
At malo cum tuo.nam iam ex hoc loco
Ibo ego ad tres uiros:ueſtraq; ibi nomina
Faxo erunt capitis:te perdam ego & filiam
Perlecebrꝫ:pernicies:aduleſcentum exitium.
Nã mare haud eſt mare:uos mare accerrimum.
Nam in mari repperi:hic elaui bonis.
Ingrata:atq; irrita eſſe omnia intellego.
Quꝫ dedi:& quod benefici:at poſthac tibi
Male quod potero facere faciã:meritoq; id faciam tuo
Ego pol te redigã eodẽ unde orta es ad egeſtatis terminos:
Ego edepol te faciã:ut quꝫ ſis nunc:& qnꝫ fueris ſcias:
Quꝫ priuſq̃ iſtã adii:atq; amãs ego animum meũ iſti dedi
Sordido uitam oblectabas pane:in panis:inopia.
Atq; ea ſi erant magnas habebas omnibus dis gratias.
Eadẽ nunc quum ẽ melius:me cuius opera eſt ignoras mala
Reddam ego te ex fera fame manſuetã:me ſpecta modo.
Nam iſti quid ſuccenſeã ipſi nihil eſt:nihil quicq̃ meret.
Tuo facit iuſſu:tuo impio paret:mater tu:eadem hera es.
Te ego ulciſcar:te ego ut digna es perdã:atq; ut de me meres.
At ſceleſta uiden ut ne id quidẽ me dignum eſſe exiſtimat:
Quẽ adeat:quem colloquatur:cuiq; irato ſupplicet.
Atq; eccã illecebra exiit tandem.opinor hic ante hoſtiũ
Meo mõ loquar quꝫ uolã:quoniã intus nõ licitũ eſt mihi.

Lena clereta. Argirippus adoleſcens.

u Numquodq; iſtorũ uerbũ nũmis philipeis aureis
Non poteſt auferre hĩc a me.ſi quis emptor uenerit.
Nec recte:quꝫ tu ĩ nos dicis aurũ atq; argentũ meruſt.
Fixus hic apud nos eſt animus tuus clauo copidinis.
Remigio:ueloq; q̃tum poteris feſtina & fuge.
Quã magis te in altũ capeſſis:tam ꝫſtus te in portum refert.
Ar. Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio.

Ego te debĩc ut merita es de me & mea re tractare exequar.
Quom tu me ut meritus ſum nõ tractas.quę eiicis domo.
Le. Magis iſtuc percipimus lingua dici:q̃ factis fore.
Ar. Solus ſolitudine ego te atq; ab egeſtate abſtuli.
Solus ſi ductẽ:referre gratiam nunq̃ potes.
Le. Solus ductato:ſi ſemper ſolus quę poſcam dabis.
Semper tibi promiſſum habeto hac lege.dum ſuperes datis.
Ar. Qui modus dandi?nã nunq̃ tu quidẽ expleri potes.
Modo quod accepiſti haud multopoſt aliqd qd̃ poſcas paras.
Le. Quid modiſt?ductãdo amando nunq̃ne expleri potes?
Modo remiſiſti:continuo iam ut remittam ad te rogas.
Ar. Dedi equidẽ qd̃ mecũ egiſti.Le.& tibi ego niſi mulierem.
Par pari datum.hoſtimentuſt opera pro pecunia.
Ar. Male agis mecũ.Le.quid me accuſat ſi facio officiũ meũ?
Nam neq; uſq̃ fictum:nec pictũ:neq; ſcriptũ ĩ poematis
Vbi lena bene agat:cũ quiq̃ amante quę frugi eſſe uolt.
Mihi quidẽ te parcere ęquum eſt tandẽ ut tibi durem diu.
Non tu ſcis quę amanti parcet:eadẽ ſibi parcet parum.
Quaſi piſcis itidem eſt amator lenę:neq̃ eſt niſi recens.
Is habet ſucum:is ſuauitatẽ:eũ quouiſpacto condias.
Vel patinarium:uel aſſum uerſes quo pacto lubet.
Is dare uolt:is ſe aliquid poſci:nam ubi de pleno promit
Neq; ille ſcit qd det:quid damni faciat:illi rei ſtudet.
Volt placere ſeſe amicę:uolt mihi:uolt pediſſequę.
Volt famulis:uolt etiã ancillis:& quoq; catulo meo.
Subblanditur nouos amator:ſe ut quum uideat gaudeat.
Vera dico:ad ſuũ quenq; hominẽ quęſtum eſſe ęquũ ẽ calli dũ.
Ar. Perdidici iſtęc eſſe uera damno cum magno meo.
Le. Sic caſtor nunc habeas quod des:alia uerba probibeas.
Nunc quia nihil habes maledictis tu eã ductare poſtulas.
Ar. Non meũ ẽ.Le.nec meũ quidẽ edepol adte ut mittã gratis:
Verum ętatis atq; honoris gratia hoc fiet tui.
Quia nobis lucro fuiſti potius q̃ decori tibi.
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manũ:
Hanc tibi noctẽ bonoris cauſa gratis dono dabo.
Ar. Quid ſi non ẽ?Le.tibi non eſſe credã illa?alio ibit tamẽ.
Ar. Vbi illęc quę dedi ante?Le.abuſa.nam ſi durarent mihi
Mulier mitteretur ad te:nunq̃ quicq̃ poſcerem.
Diẽ:aquam:ſolem:lunã:noctem:hęc argẽto non emo.
Cętera quę uolumus uti gręca mercamur fide.
Quum a piſtore panem petimus:uinum ex oenopolio:

Si aes habent:dant mercẽ.eadem nos diſciplina utimur.
Semper oculatę noſtrę ſunt manus:credũt quod uident.
Vet⁹ ẽ:nihili coactio ẽ:ſcis cui⁹?nõ dico amplius.Ar.aliã nunc
Mibi orationem deſpoliato prędicas
Longe aliam inquã prębes nunc atq; olim quom dabam.
Aliã atq; olĩ quom illiciebas me adte blande ac benedice.
Tũ mibi ędes quoq; arridebant:quom ad te uenıebam tuę.
Me unice unũ ex omnib⁹ te atq; illã amare aiebas mibi.
Vbi quid dederam quaſi columbę pulli ĩ ore ambę meo
Vſq; eratis.meo de ſtudio ſtudia erant uoſtra omnia.
Vſq; adhęrebatis:quod ego iuſſerã.quod uolueram
Faciebatis: quod nolebam ac uetuerã de induſtria
Fugiebatis.neq; conari id facere audebatis prius.
Nũc neq; quid uelim:neq; nolim facitis magni peſſime.
Le. Non tu ſcis hic noſter quęſtus aucupii ſimillimus eſt?
Auceps quando concinauit aream:effundit cibum.
Aues aſſueſcunt:neceſſe ẽ facere ſumptũ q. quęrit lucrũ.
Sępe edunt:ſemel ſi ſunt captę rem ſoluunt aucupi.
Itidem hic apud nos:ędis nobis area eſt:auceps ſum ego.
Eſca eſt meretrix.lectus illex eſt:amatores aues.
Bene ſalutando conſueſcunt:compellando blanditer .
Oſculando oratione uinula uenuſtula
Si papillam pertractabit:haud eſt ab re aucupis.
Suauium ſi ſumpſit:ſumere eum licet ſine retibus.
Hęccine te eſſe oblitum in ludo qui fuiſti tam diu?
Ar. Tua iſta culpa eſt quę diſcipulũ ſemidoctũ abſte ſemoues.
Le. Remeato audacter mercedem ſi eris nactus:nunc abi.
Ar. Mane:mane:audi:dic quid me ęquũ cenſes pro illa tibi dare:
Animũ hunc ne cũ quiq̃ alio ſit.Le.tu ne?uiginti minas:
Atq; ea lege ſi alius ad me prius attulerit.tu uale.
Ar. At ego ẽ etiã priuſq̃ abis quod uolo loqui.Le.dic quod lubet.
Ar. Nõ omnino iam perii:eſt reliquum quod pereã magis.
Habeo unde iſtuc tibi quod poſcis dem:ſed in leges meas
Dabo ut ſcire poſcis ppetuum annũ hunc mibi uti ſeruiat.
Nec quenq̃ interea aliũ admittat prorſuſq̃ me ad ſe uirũ.
Le. Quin ſi tu uoles domi ſerui qui ſunt caſtrabo uiros.
Poſtremo ut uoles nos eſſe ſyngraphaṁ facito afferas:
Vt uoles:ut tibi lubebit nobis legem imponito.
Modo tecum una argentũ affer to:facile patiar cętera.
Ar. Portitorum ſimillimę ſunt ianuę lenoniae:
Si affers tũ patent:ſi non eſt quod des:ędes non patent:

Interii ſi non inuenio ego illas uiginti minas.
Et profecto niſi illud perdo argentū:pereundum eſt mihi.
Nūc pgam ad forū:atq; experiar opibus omni copia.
Supplicabo exobſecrabo:ut quenq; amicum uidero.
Dignos indignos adire :atq; experire certum eſt mihi.
Nam ſi mutuas non potero:certū eſt ſumam foenore.

Libanus.

b Hercle uero libane nō te melius uel expergiſcier
Atq; argento comparando fingere fallaciam?
Iandiu factū eſt quom diſceſti ab hero:atq; abiſti ad forū:
Igit᷑ inueniundo argento ut fingeres fallaciam.
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in ocio᷒.
Quí tu ſocordiā omnē abſ te reice:& ſegniciē amoue.
Atq; ad ingeniū uetus uerſutum te recipis tuum.
Serua herum:caue tu idē faxis:alii quod ſerui ſolent.
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Vnde ſumā?quē interuortam?quo hāc celocē conferam?
Impetritum:inauguratuſt quouis admittunt aues
Picus & cornix eſt ab leua:coruos porro ab dextera.
Conſuadēt.certum hercleſt ueſtram conſequi ſententiam.
Sed q̄d hoc quod picus ulmū tondit?non temerariunſt.
Certe hercle ego q̄tum ex augurio auſpicii intelligo
Aut mibi in mundo ſunt uirgę:aut atrienſi ſaureae.
Sed quid illuc ꝙ examinatus currit huc leonida?
Metuo quod illic obſcęnauit meę falſę fallaciae.

Leonida. Libanus. Seruus.

u Bi ego nūc libanū requiram:aut familiarem filium
Vt ego illos lubentiores faciā q̄ lubentiaſt?
Maximam prędā & triumphum eis adfero aduentu meo:
Quando mecū pariter potant:pariter ſcortari ſolent.
Hāc quidē quā nactus prędam:pariter cū illis partiam.

Li. Illic homo ędis compilauit more ſi fecit ſuo.
Vę illi qui tā indiligenter obſeruauit ianuam.

Le. Aetatē uelim ſeruire libanum ut conueniam modo.

Li. Mea quidē hercle opera liber nunq̄ fies ocius.

Le. Etiam de tergo ducentas plagas prędnantis dabo.

Li. Largitur peculium omne:in tergo theſaurum gerit.

Le. Nam ſi huic occaſioni tempus ſeſe ſubterduxerit.
Nunq̄ edepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.
Herū í obſidione linquet:inimicum animos auxerit.
Sed ſi mecum occaſionē opprimere hāc:quę obuenit ſtudet.

Maximas opimates gaudio effertiſſimas
Suis beris ille una mecum pariet gnatoq; & patri.
Adeo ut ętatem ambo ambobus nobis ſint obnoxii
Noſtro deuincti beneficio. Li. uinctos neſcio quos ait.
Nō placet: metuo in cōmune ne quā fraudē frauſus ſiet.
Le. Perii ego oppido niſi libanū inuenio iā ubiubi eſt gentiū.
Li. Illic homo ſociū ad malā rem quęrit: quē adiungat ſibi.
Nō placet: pro monſtro ex templo eſt quādo q ſudat tremit.
Le. Sed qd ego hic ꝓperans conceſſo pedibus lingua largior?
Quin ego hanc iubeo tacere quę loquens. lacerat diem?
Li. Edepol hominē infelicem qui patronam comprimat.
Nam ſi quid ſceleſte fecit lingua pro illo peierat.
Le. Approperabo: ne poſt tempus prędae pręſidiū parem.
Li. Quę illęc pręda eſt? ibo aduorſū: atq; electabo qcquid eſt.
Iubeo te ſaluere uoce ſumma quoad uires ualent.
Le. Gymnaſiū flagri: ſalueto. Li. quid ais cuſtos carceris?
Le. O catenarū colone. Li. o iurgarum laſciuia.
Le. Quot pondo te eſſe cenſes nudum? Li. nō edepol ſcio.
Le. Scibam ego te neſcire: at pol ego qui te expendi ſcio.
Nudus uinctus centū pondo es: quādo pendes ꝑ pedes.
Li. Quo argumēto iſtuc? Le. ego dicā quo argumēto & quo modo.
Ad pedes quādo alligatus es ęquum centumpondium.
Vbi manus manicę complexę ſunt: atq; adductę ad trabē
Nec dependis nec propendis: quin malus nequāq; ſis.
Li. Vę tibi. Le. hoc teſtamento ſeruitus legat tibi.
Li. Verbis uelitationem fieri compendio uolo
Quid iſtuc negocii eſt? Le. certū ē credere. Li. audacter licetſis.
Amanti ſubuenire familiari filio
Tantū adeſt boni de improuiſo: uerū cōmixtum malo.
Omnes de nobis carnificū concelebrabuntur dies.
Le. Libane nunc audacia uſus eſt nobis inuenta & dolis.
Tantū facinus modo iuenio ego: ut nos dicamur duo
Omniū digniſſimi eſſe: quo cruciatus confluant.
Li. Ergo mirabar ꝙ dudum ſcapulę geſtibant mihi.
Ariolariq; occeperunt ſibi eſſe in mundo malum.
Quicqd eſt eloquere. Le. magna eſt pręda cū magno malo.
Li. Siquidē omnes coniurati cruciamenta conferant.
Habeo opinor familiare tergum ne quęram foris.
Si iſtā fortitudinem animi obtines ſalui ſumus.
Li. Quin ſi tergo reſoluenda eſt rapere cupio publicum.
Pernegabo: atq; obdurabo: periurabo denique.

Le. Hem iſta uirtus eſt: quãdo uſu eſt qui malum fert fortiter.
Fortiter malum qui patitur: idẽ poſt patitur bonum.
Li. Quin rem actutũ ediſſeris: cupio malum nanciſcier.
Le. Placide ergo unũquodq; derogita: ut acquieſcã. non uides
Me ex curſura anbelitum etiam ducere? Li. age age mãſero.
Tuo arbitratu: uel adeouſq; dum peris. Le. ubinã eſt herus?
Li. Maior apud forunſt: minor hic eſt intus. Le. iã ſatis eſt mihi.
Li. Tum igtur tu diues es factus. Le. mitte ridicularia.
Li. Mitto: iſtuc quod affers aures expectant meę.
Le. Animumaduerte: ut aeq; mecum hęc ſcias. Li. taceo. Le. beas.
Meminiſtin aſinos arcadicos mercatori pelleo
Noſtrum uendere atrienſem. Li. memini. quid tunc poſtea?
Le. Hem ergo is argentũ huc remiſit quod daretur faureę
Pro aſinis: adoleſcens uenit modo qui argentum attulit.
Li. Vbi is homoſt? Le. iam deuorandũ cenſes ſi cõſpexeris:
Li. Ita eñuero: ſed tamẽ tu nempe eos aſinos prędicas
Vetulos: claudos: quibus ſubtritę ad foemina iã erãt ungulę.
Le. Ipſos: qui tibi ſubuectebãt rure huc uirgas ulmeas.
Li. Teneo: atq; idẽ te hĩc uexerũt uinctũ rus. Le. memor es probe.
Verũ in tonſtrina ut ſedebã me me. infiṗ percontaris?
Ecquem filium ſtratonis nouerim demenetum?
Dico me nouiſſe extemplo: & me eius ſeruom prędico
Eſſe. & ędis demonſtraui noſtras. Li. quid tum poſtea?
Le. Ait ſe ob aſinos ferre argentũ atrienſi: faureę
Viginti minas: ſed eũ ſeſe non nouiſſe hominẽ qui ſiet.
Quum ille elocutus hęc ſit. Li. quid tũ? Le. auſculta: ergo ſcies.
Ipſum uero ſi nouiſſe callide demenetum.
Extemplo facio facetum me: atq; magnificum uirum.
Dico me eſſe atrienſem. ſic hoc reſpondit mihi.
Ego pol faureã non noui: neq; qua facie ſit ſcio.
Te non ęquũ eſt ſuccenſere: ſi berum uis demenetum.
Quẽ ego noui adduce: argentum non morabor. quin feras.
Ego me dixeram adducturũ: & me domi pręſto fore.
Ille in balneas iturus eſt: inde huc ueniet poſtea.
Quid nũc conſilii captandũ cenſes? dic. Li. hem iſtuc ago
Quo modo argentũ interuortam: & aduentorem: & faureã.
Iam hoc opus ẽ exaſceatũ. nam ſi ille argentum prius
Hoſpes huc affert: continuo nos ambo excluſi ſumus.
Nã me hodie ſenex ſeduxit ſolum ſeorſum ab ędibus:
Mihi: tibiq; interminatus eſt nos futuros ulmeos:
Ni hodie argirippo eſſent uiginti argenti minę.

Iuſſit uel nos atrienſem uel nos uxorem ſuam
Defraudare:dixit ſeſe operam promiſſam dare.
Nũc tu abi ad forũ ad herũ.& narra hęc:ut acturi ſumus.
Te ex leonida futurum eſſe atrienſem ſauream.
Dũ argentũ afferat mercator ꝓ aſinis.Le.faciã ut iubes.
Li. Ego illum interea hic oblectabo:prius ſi forte aduenerit.
Le. Quid ais?Li.quid uis?Le.pugno malã ſi tibi percuſſero
Mox quum ſaureã imitabor caueto ne ſuccenſeas.
Li. Hercle uero tu cauebis:ne me attingas:ſi me ſapis
Ne hodie malo cũ auſpicio nomen commutaueris.
Le. Quęſo ęquo animo patitor.Li.patitor tu itẽ quũ ego te referiã.
Le. Dico ut ut uſus fieri.Li.dico hercle ego quoq; ut facturus ſum.
Le. Nega.Li.quĩ promitto inquã hoſtire contra ut merueris.
Le. Ego abeo.tu iã patiere:ſed quis hic eſt?is eſt.
Ille eſt ipſus:iã ego reccurro huc:tu hunc interea hic tene
Volo ſeni narrare.Li.quin tuũ officium facis.ergo hac fugis.

Mercator. Libanus.

e T demõſtratę ſunt mibi haſce ędis eſſe oportet
Demenetus ubi dicit habitare.i puere pulta
Atq; atrienſem ſauream ſi eſt intus euocato huc.
Li. Quis noſtras ſic frangit fores:obe inq̃ ſi quid audis?
Me. Nemo etiã tetigit.ſanus ne es?Li.at cenſebã attigiſſe
Propterea ꝙ huc hẽbas iter.nolo ego fores cõſeruas meas
A te uerberarier.ſane ego ſum amicus noſtris ędibus.
Me. Pol haud periclum eſt cardines ne foribus effringantur
Si iſtoc exemplo omnibus qui quęrunt reſpondebis.
Li. Ita hęc morata eſt ianua.extemplo ianitorem
Clamat.procul ſi quem uidet ire ad ſe calcitronem.
Sed quid uenis?qd quęritas?Me.demenetam uolebam.
Li. Si ſit domi dicã tibi.Me.quid?eius atrienſis?
Li. Nihilo magis intus eſt.Me.ubi eſt?Li.ad tõſorẽ ire dixit.
Me. Quum ueniſſet:poſt nõ rediit.Li.nõ edepol:quid uolebas?
Me. Argenti uiginti minas ſi adeſſet accepiſſet.
Li. Qui pro iſtuc?Me.aſinos uendidit pęlleo mercatori.
Mercatu.Li.ſcio.tu id nunc refers?iam hic credo eũ adfuturũ.
Me. Qua facie noſter ſaurea eſt?ſi is eſt iam ſcire potero.
Li. Macilentis malis:rufulus:aliquantũ uentrioſus:
Truculentis oculis:cõmoda ſtatura:triſti fronte.
Me. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam.
Li. Atq; hercle ipſum adeo contuor:quaſſanti capite ĩcedit.
Quiſq; obuiã huic occeſſerit irato uapulabit.

Me. Siquidē hercle eacidinis minis:animiſq; expletus incedit.
Si me iratas tetigerit:iratus uapulabit.
Leonida. Mercator. Libanus.
Le. q Vid hoc ſit negocii:neminē meū dictū magnū facere?
Libanū in tonſtrinā ut iuſſerā uenire:is nullus uenit.
Nę ille edepol tergo & cruribus conſuluit haud decore.
Me. Nimis imperioſus eſt.Li.ue mihi hodie.Le.ſaluere iuſſi.
Libanum libertum.iam manu emiſſus:obſecro te?
Nę tu hercle cum magno malo mihi obuiam occeſſiſti.
Cur nō ueíſti ut iuſſerā in tonſtrinā?Li.hic me memoratus eſt.
Le. Siquidē hercle nūc ſummū iouē te dicas detinuiſſe.
Atq; is precator adſiet ad malam rem:effugies nunq̄.
Tu uerbero imperiū meū cōtempſiſti?Li.perii hoſpes.
Me. Quęſo hercle noli ſaurea mea cauſa hunc uerberare.
Le. Vtinā nunc ſtimulus in manu mihi ſit.Me.quieſce quęſo.
Le. Qui latera conteram tua:quę occaluere plagis.
Abſcede hac.ſine me hūc perdere:qui ſemper me ira incēdit.
Cui unq̄ unam rē me licet ſemel pręcipere furi
Quin centies eandē imperē:atq; ogganiā.itaq; iā hercle
Clamore:ac ſtomacho:non queo labore ſuppeditare.
Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri?
Iuſſin columnis deici operas aranearum?
Iuſſin in ſplendorē dari bullas has foribus noſtris?
Nihil eſt tanq̄ ſi claudus ſim cum fuſtiſt ambulandum.
Quadriduū hoc unum modo foro operam aſſiduā dedi.
Dū reperiam qui quęritet argentum in foenus.hic uos
Dormitis interea domi:atq; her? ī hara haud ędibus bītat.
Hem ergo hoc tibi.Li.hoſpes te obſecro defende.Me.ſaurea oro
Mea cauſa ut mittas.Le.ebo:ecquis pro uectura olim
Reſoluit?Li.reſoluit.Le.cui datum ſit?Li.ſticho uicario ipſi
Tuo.Le.uah delenire:apparas.mihi ſcio uicarium eſſe:
Neq; eſſe ſeruom in ędibus heri qui ſit pluris q̄ ille ſit.
Sed uina quę heri uendidi uinario exaerambo
Iam pro iis ſatiſfecit ſticho?Li.feciſſe ſatis opinor.
Nam uidi hūc ipſum adducere & rapere ita exaerambū.
Le. Sic dedero prius q̄ credidi:uix annopoſt exegi.
Nūc ſatagit:adducit domū:etiam ultro & ſcribit numos.
Dromo mercedem rettulit?Li.dimidio minus opinor.
Le. Quid?reliquom?Li.aiebat reddere q̄extēplo redditū eſſet.
Nam retineri ut quod ſit ſibi operis locatum efficeret.
Le. Scyphos quos utendos dedi philodamo retulit ne?

Li. Non etiã.Le.hem nunc ſi uelis accõmoda homini amico.
Me. Perii hercle.iã hic me abegerit ſuo odio.Li.heus iã ſatis tu.
Audin quę loquitur?Le.audio & quieſco.Me.tandẽ opinor
Conticuit.nunc adeam optimũ ẽ:priuſq̃ incipit tinire
Quã mox mihi opam das?Le.ehem optume:q̃dudũ tu adueniſti?
Non hercle te prouideram:quęſo ne uitio uortas.
Ita:iracundia obſtitit oculis.Me.non mirum factũ eſt.
Sed ſi domi eſt demenetum uolebã.Le.negat eſſe intus.
Verum iſtuc argentũ tamen mihi ſi uis denumerare.
Repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram.
Me. Sic potius ut demeneto tibi hero pręſente reddam.
Li. Herus iſtũc nouit:atq; herũ hic.Me.hero huic pręſente reddã.
Li. Da modo meo periclo:rem ſaluam ego exhibebo.
Nam ſi ſciat noſter ſenex fidem non eſſe huic habitã
Succenſſeat:qui omnium rerũ ipſus ſemper credidit.
Le. Nõ magnipendo ne duit:ſi non uult:ſic ſine aſtet.
Li. Da inquam:uah formido miſerne hic me tibi arbitretur.
Suaſiſſe ſibi ne crederes:da quęſo:ac ne formida.
Saluũ hercle erit:Me.credam fore dũ quidẽ ipſe ĩ manu habeo.
Peregrinus ego ſum:ſaureã nõ noui:Li.at noſce ſane.
Me. Sit non ſit non edepol ſcio:ſi is eſt:eum eſſe oportet.
Ego certe me incerto ſcio hoc daturum nemini homini.
Le. Hercle iſtum di omnes perdiunt:uerbo caue ſupplicaſſis.
Ferox eſt.uiginti minas meas tractare ſeſe:
Nemo accepit:aufer te domum:abſcede hĩc moleſtus ne ſis.
Me. Nimis iracunde.non decet ſuperbũ eſſe hominem ſeruum.
Li. Malo hercle iam magno tuo nũc iſtuc recte dicis.
Impuren bili non uides iraſci?Le.perge porro.
Li. Flagitium hominis da obſecro argentũ huic ne male loquat̃.
Me. Malũ hercle uobis quęrit. Le.crura hercle diffrigẽt̃.age ipudice.
Ni iſtum impudicum percuties.Li.perii hercle.
Sceleſte non audes mihi ſceleſte ſubuenire?
Le. Pergin precari peſſimo?Me.quę res?tun libero homine
Male ſeruos loquere?Le.uapula.Me.id quidẽ tibi hercle fiet.
Vt uapules:demenetum ſimulac conſpexero.hodie
In ius uoco te.Le.non eo.Me.non is?memento.Le.memini.
Me. Dabitur pol ſupplicĩũ mihi de tergo ueſtro.Le.ue te.
Tibi quidẽ ſupplicĩũ carnifex de nobis detur.Me.atq; etiã
Pro dictis ueſtris maledictis poenę pendentur mihi hodie.
Le. Quid uerbero ain tu furcifer?herũ noſmet fugitare cenſes?
I nunc iã ad herum.quo uocas iandudũ?quo uolebas?

Me. Nunc demũ tamẽ nunq̃ binc feres argenti numũ:niſi me
Dare iuſſerit demenetus.Le.ita facito.age ambula ergo.
Tu contumeliã alteri facias:tibi non dicatur?
Tã ego hõ ſum q̃ tu:Me.ſcilicet ita res ẽ.Le.ſequere hac ergo.
Proficiſcin hoc dixerimus:nemo etiam me accuſauit.
Merito meo:neq; me athenis alter eſt hodie quiſq̃
Cui credi recte ęque putent.Me.fortaſſis.ſed tamẽ me
Nunq̃ hodie induces ut tibi credã hoc argentum ignoto.
Lupus ẽ homo homini:nõ homo:quom qualis ſit non nouit.
Le. Iam nunc ſecunda mihi facis:ſcibã hoc te capitulo hodie
Facturũ ſatis pro iniuria:quanq̃ ego ſum ſordidatus.
Frugi tamẽ ſum:nec poteſt peculium enumerari.
Me. Fortaſſe:Le.etiã nunc dico periphanes rhodo mercator diues
Abſente bero ſolus mihi talentum argenti ſoli.
Adnumerauit :& mihi credidit:neq; deceptus in eo:
Me. Fortaſſe.Le.atq; etiã tu quoq; ipſe ſi eſſes percunctatus
Me ex aliis ſcio pol crederes nunc quod fers.Me.haud negaſſi.

Electra. Phylenium. Meretrix.

Ele. n Equeon ego te interdictis facere manſuetã meis?
An ita tu es animata:ut qui matris expers imperii ſies?
Phy. Vbi piem pietatem ſi iſto more morata tibi
Poſtulem placere?mater mihi quo pacto pręcipis?
Ele. An decorum eſt aduerſari meis te pręceptis?quid eſt?
Hoccine eſt pietatẽ colere:matris imperiũ minuere?
Phy. Neq; quę recte faciunt culpo:neq; quę delinquunt amo.
Ele. Satis dicacula es amatrix:Phy.mater es.queſtus mihi eſt:
Lingua poſcit:corpus quęrit:animus orat:res monet:
Ele. Ego te uolui caſtigare:tu mihi accuſatrix ades.
Phy. Neq; edepol te accuſo:neq; id me facere fas exiſtimo.
Verũ ego meas queror fortunas:quum illo quẽ amo,phibeor.
Ele. Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.
Phy. Et meam partem loquẽdi:& tuam trado tibi.
Ad loquendũ:atq; ad tacendum tu te habeas portiſculũ.
Quin pol ſi repoſui remum.ſola ego in caſteria
Vbi quieſco omnis familię cauſa conſiſtit tibi.
Ele. Quid ais tu:quã unã uidi mulierem audaciſſimã?
Quotiens te uetui.argyrippum filium demeneti
Cõpellare:aut cõtrectare:conloquiue:aut contui?
Quid dedit?quid deportari iuſſit ad nos?an tu tibi
Verba blanda eſſe aurum rere?dicta docta pro datis?
Vltro amas:ultro expeteſſis:ultro ad te accerſi iubes.

Illos qui dant.eos derides:qui deludunt derideris.
An te id expectare oportet ſi quis promittat tibi.
Te facturum diuitem:ſi moritur mater tua?
E caſtor nobis periclum magnũ & familię portenditur
Demeneti:ſi expectamus mortẽ:ne nos moriamur fame.
Nunc adeo niſi mibi huc argenti affert uiginti minas.
Nę ille ecaſtor hinc trudetur largus lachrymarũ foras.
Hic dies ſummę eſt apud me inopię excuſatio.
Phy. Patiar ſi cibo carere me iubeas mater mea.
Ele. Non ueto te amare qui dant:qua amentur gratia.
Phy. Quid ſi hic animus occupat? ẽ mater?qd faciã?mone.Ele.bem
Meum caput contemples:ſi quidẽ ex re conſultas tua.
Phy. Etiam opilio qui paſcit mater alienas ouis:
Aliquã habet peculiarem:qui ſpem ſoletur ſuam.
Sine me amare unũ argyrippum animi cauſa quẽ uolo.
Ea. Intro abi.nã te quidẽ edepol nibil eſt impudentius.
Phy. Audientem dicto mater produxiſti filiam.

Leonida. Serui duo. Libanus.

P Erfidię laudes:gratiaſq; habemus merito magnas
Quum noſtris ſicophantiis:dolis:aſtutiiſq;
Scapularum confidentia:uir tute ulmorum freti.
Qui aduorſum ſtimulos:laminas:cruceſq;:compedeſq;.
Neruos:catenas:carceris:numelas:pedicas:boias.
Indoctoreſq; acerrimos:gnaroſq; noſtri tergi.
Qui ſępe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.
Eae nunc legiones:copię:exercituſq; forum
Vi pugnando periuriis noſtris euge potiti.
Id uirtute huius collegę:meaq; comitate
Factum eſt.qui me uir fortior ad ſufferendas plagas.
Le. Edepol uirtutes qui tuas nunc poſſis conlaudare
Sicut ego poſſim quę domi:duelli quę malefeciſti?
Nę illa edepol pro merito nũc tuo memorari multa poſſunt.
Vbi fidentem fraudaueris:ubi bero infidelis fueris.
Vbi uerbis conceptis ſciens libenter periuraris.
Vbi parietes pfoderis:in furto ubi ſis prebenſus.
Vbi ſępe cauſam dixeris pendens aduerſus octo
Aſtutos:audacis uiros ualentis iurgatores:
Li. Fateor profecto ut prędicas leonida eſſe uera.
Verum edepol ni etiam tua quoq; malefacta iterari multa
Et uero poſſunt ubi ſciens fideli infidus fueris.
Vbi prebenſus in furto ſcies:& manifeſto uerberatus.

Vbi periuraris:ubi ſacro manus ſis admolitus.
Vbi beris damno:moleſtię:& dedecori ſępe fueris.
Vbi creditũ tibi quod ſit:tibi datum eſſe pernegaris
Vbi amicę:q̃ amico tuo fueris magis fidelis.
Vbi ſępe ad langorem tua duritia dederis octo:
Validos lictoris ulmeis adfectos lentis uirgis.
Num male relata eſt gratia?collegam collaudaui?
Le. Vt meq; teq; maxime atque ingenio noſtro decuit.
Li. Iam omitte iſta:atq; hoc quod rogo rñde.Le.rogita quod uis.
Li. Argenti uiginti minas habeſne?Le.ariolare
Edepol ſenem demenetũ lepidum fuiſſe nobis.
Vt adſimulabat ſauream me eſſe:q̃ facere:
Nimis ęgre riſum continui ubi boſpitem inclamauit
Q2 ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet:
Vt memoriter me ſauream uocabat atrienſem.
Li. Manedũ.Le.quid ẽ?Li.phileniũ eſt ne hęc quę intus exit?
Atq; argirippus una?Le.opprime os.is eſt.ſubauſcultemus.
Lachrymantem lacinia tenet lachrymans:quid nã eſſe dicam?
Tacite auſcultemus.Li.atat modo hercle in mentẽ uenit.
Nimis uellem habere perticam.Le.quoi rei?Li.qui uerberarẽ
Aſinos ſi forte occeperint clamare binc ex crumina.

Argirippus. Phileniũ. Libanus. Leonida.

Ar. c Vr me retentas?Ph.quia tui amans abeuntis egeo.
Ar. Vale.Ph.aliq̃to amplius ualerẽ:ſi bic maneres.
Ar. Salue.Ph.ſaluere me iubes:quoi tu abiens affers morbũ.
Ar. Mater ſupremũ mibi tua dixit:domum ire iuſſit.
Ph. Acerbum funus filię faciet ſi te carendum eſt.
Li. Homo hercle bĩc excluſus ẽ foras.Le.ita res ẽ.Ar.mitte quęſo.
Ph. Quo nũc abis?quĩ tu bic manes.Ar.mox ſi uoles manebo.
Li. Audin hũc opera ut largus eſt nocturna?nunc enim eſt.
Negocioſus interdius.uidelicet ſolon eſt
Leges ut conſcribat:quibus ſe populus teneat.gerrae.
Qui ſeſe parere apparent buius legibus profecto.
Nunq̃ bone frugi ſient.dies nocteſq; potent.
Le. Nę iſte hercle ab iſta non pedem diſcedat:ſi liceſſit.
Qui nunc feſtinat:atq; ab bac minatur ſeſe abire.
Li. Sermoni iam finẽ face tuo.buius ſermonem accipiam.
Ar. Vale.Ph. quo properas?Ar.bene uale.apud borcũ te uidebo.
Nam equidẽ me iam quantũ poteſt a uita abiudicabo.
Ph. Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas?
Ar. Ego te?quã ſi intelligam deficere uita;iam ipſe

Vitam meam tibi largiar:& de mea ad tuam addam.
Li. Cur ergo minitaris tibi te uitã eſſe amiſſurum?
Nam quid me facturam putas:ſi iſtuc quod dicis faxis
Mihi certũ eſt efficere ĩ me omnia tandẽ quę tu in te faxis.
Ar. O melle dulci dulcior mihi tu es.Ph.certe enĩ tu uita es mihi.
Complectere.Ar.facio lubens.Ph.utinam ſic efferamur.
Le. O libane ut miſer eſt homo qui amat.Li.immo hercle uero.
Qui pendet multo eſt miſerior.Le.ſcio:qui periclum feci.
Circunſiſtamus alter hinc:hinc alter:appellemus.
Li. Here ſalue.Le.ſed num fumus eſt hęc mulier quã amplexare?
Ar. Quidum?Li.quia oculi ſunt tibi lachrymãtes ego rogaui.
Ar. Patronus qui uobis fuit futurus perdidiſtis.
Li. Equidẽ hercle nullũ perdidi.ideo quia nunq̃ ullum habui.
Le. Philenĩũ ſalue.Ph.dabunt di quę uelitis uobis.
Li. Noctem tuã & uini cadum uelim ſi optata fiant.
Ar. Verbũ caue faxis uerbero.Li.tibi equidẽ:non mihi opto.
Ar. Tũ tu igitur loquere quod lubet.Li.hũc hercle uerberare.
Le. Quiſnã iſtuc tibi adcredat cinede calamiſtrate?
Tun uerberes qui pro cibo habeas te uerberari?
Ar. Vt ueſtrę fortunę meis prędecedunt libane longe.
Qui hodie uſq; ad ueſperũ uiuam.Li.quapropter quęſo?
Ar. Quia ego hanc amo:& hęc me amat:huic quod dẽ nuſq̃ qcq̃ ẽ.
Hinc me damantem exędibus delegit huius mater.
Argenti uiginti minę me ad mortem appulerunt.
Quas hodie adoleſcens diabolus ipſe daturus dixit.
Vt hanc ne quoq̃ mitteret niſi ad ſe hunc annum totũ.
Videtin uiginti minę quid pollent:quidue poſſunt?
Ille qui illas perdit ſaluus eſt.ego qui non perdo pereo.
Li. Iam dedit argentũ?Ar.nõ dedit.Li.bono animo es:ne formida.
Le. Secede huc libane:te uolo.Li.ſi quid uis.Ar.obſecro uos
Eadẽ iſtac opera ſuauius eſt complexos fabulari.
Li. Non eadẽ omnia atq; omnibus here ſuauia eſſe ſcito:
Vobis eſt ſuaue amantibus complexos fabulari.
Ego complexũ huius nihil moror:meum aũt hęc aſpernat̃.
Proinde iſtud facias ipſe quod faciamus nobis ſuades.
Ar. Ego uero & quidẽ edepol lubens.interea ſi uidetur
Concedite iſtuc.Le.uin herũ deludi?Li.dignũ eſt ſane.
Le. Vin faciã ut me philenium prędente hoc amplexetur?
Li. Cupio hercle.Le.ſequere hac.Ar.ecquid ſalutis locuti?
Le. Auſcultate:atq; operã date:& mea dicta deuorate.
Primũ omnium ſeruos tuos nos eſſe non negamus.

Sed ſi tibi uiginti minę argenti proferentur
Quo nos uocabis nomine? Ar. libertos. Le. non patronos?
Ar. Id potius. Le. uiginti mine hic inſunt in crumina.
Has ego ſi uis tibi dabo. Ar. di te ſeruaſſint ſemper.
Cuſtos berilis: decus popli: theſarus copiarum.
Salus interioris corporis: amoriſq; imperator
Hic pone: hic iſtã colloca cruminam in collo plane.
Le. Nolo ego te qui berus ſis mihi onus iſtuc ſuſtinere.
Ar. Quĩ tu labore liberas te: atq; iſtam imponis in me.
Le. Ego baiulabo: tu ut decet dominũ ante te ito inanis.
Ar. Quid nunc? qd ẽ? quin tradis huc cruminã preſſatũ berũ?
Le. Hanc quoi daturus banc iube petere atq; orare mecum
Nam iſtuc procliue eſt quod iubes plane conlocare.
Ph. Da meus ocellus: mea roſa: mi anime: mea uoluptas:
Leonida argentum mibi: ne nos deiunge amantis.
Le. Dic igitur me tuũ paſſerculum: gallinam: conturnicẽ:
Agnellum: hędillum me tuum dic eſſe uel uitelum.
Prehende auriculas: compara labella cum labellis.
Ar. Ten oſculetur uerbero? Le. q̃ uero indignum uiſum eſt?
Atqui pol bodie non feres: ni genua confricantur.
Ar. Quiduis? egeſtas imperat: fricentur: da nunc quod oro.
Ph. Age mi leonida obſecro fer amanti hęro ſalutem.
Redime iſtoc bñficio te ab hoc & tibi eme hũc iſto argẽto.
Le. Nimis bella es atq; amabilis: & ſi hoc eſſet meum bodie.
Nunq̃ remorarem quin darem: illum te orare meliuſt
Illic hãc mibi ſeruandam dedit: & ſane bella belle
Cape hoc ſis libane. Ar. furcifer & iam me deluſiſti?
Le. Nunq̃ hercle facerem: genua ni tam nequiter fricares:
Ageſis tu in partẽ nunc iam hũc delude: atq; amplexare hãc.
Li. Taceas: me ſpectes. Ar. quin adhuc philenium adgredimur
Virum quidẽ pol optimum: & non ſimilem furis huius.
Li. Inambulandũ eſt: nunc mihi uiciſſim ſupplicabunt.
Ar. Quęſo hercle libane ſis berum tuis factis ſoſpitari.
Da mihi iſtas uiginti minas: uides meam ante mergere.
Li. Videbitur: factum uolo. redito huc conticinio
Nunc iſtam nunc tantiſper iubes petere atq; orare meũ.
Ph. Amandone exorarier uis te: an oſculando?
Li. Immo uero utrunq;. Ph. ego obſecro & tu utrũq; noſtrũ ſerua.
Ar. O libane mibi patrone mibi trade iſtuc. Li. magis decorunſt
Libertum potius q̃ patronum onus in uia portare.
Ph. O libane ocellus aureus: donum decuſq; amoris

Amabo faciam quod uoles.da iſtuc argentum nobis.
Li. Dic igitur mihi te anaticulã:columbam:uel catellum
Hirundinem.monedulã:putillum paſſerculum.
Fac proſerpentẽ beſtiã me duplicẽ ut habeam linguam.
Circunda torq; me brachiis:meum collum circũplecte.
Ar. Ten complectatur carnifex?Li.q̃ uero indignus uideor.
Ne iſtuc ne quicq̃ dixeris tam indignũ dictum in me.
Vebes pol hodie me ſiquidẽ hoc argentum ferre ſperes.
Ar. Ten ego uebam?Li.tun hoc feras argentum aliter a me.
Ar. Peri hercle.ſi uerũ quidẽ eſt decorũ berum uebere ſeruom
Inſcende.Li.ſic iſtuc ſolent ſuperbi ſubdomari.
Aſta igitur ut conſuetus es puer olim.ſcin ut dicam?
Hem ſic:abi:laudo.nec te equo magis ẽ equus ullus ſapiens.
Ar. Inſcende actutũ.Li.ego fecero:hem quid iſtuc ẽ?ut tu uide is
Demam hercle iam de ordeo tollutim ni badizas.
Ar. Amabo libane iam ſat eſt.Li.nunq̃ hercle hodie exorabis
Nam iam calcari quadrupedo agitabo aduorſum cliuom.
Poſtea ad piſtores dabo ut ibi cruciere currens.
Aſta ut deſcendam nunc iam in procliui quãq̃ nequã es.
Ph. Quid nũc qm̃ ambo ut ẽ libitum nos deluſiſtis.
Datis ne argentum?Li.ſi quidẽ mihi ſtatuam & arã ſtatuis:
Atq; ut deo mihi hic ĩmolas bouẽ:nã ego tibi ſalus ſum.
Le. Etiã tu here iſtunc amoues abſ te:atq; ipſe me.aggredere:
Atq; illa ſibi quę hic iuſſerat mihi ſtatuis ſupplicaſq;.
Ar. Quẽ te autem deum nominẽ?Le.fortunã atq; obſequentem.
Ar. Iam iſtoc es melior.Li.an qd ẽ olim homini ſalute melius?
Ar. Licet laudẽ fortunam tamen ut ne ſalutem culpem.
Ph. Ecaſtor ambę ſunt bonę.Ar.ſciam ubi boni quid deſint.
Le. Opta id quod ut cõtingat tibi uis.Ar.qd ſi optaro?Le.eueniet.
Ar. Opto annũ hunc perpetuũ mihi huius operas.Le.impetraſti.
Ar. Ain uero?Le.certe inquã.Li.ad me adi uiciſſim atq; experire.
Exopta id quod uis maxime tibi euenire fiet.
Ar. Quid ego aliud exoptem amplius niſi illud cuius ĩopiaſt
Viginti argenti cõmodas minas huius quidem matri?
Li. Dabuntur:animo ſis bono.facile exoptata obtigent.
Ar. Vt cõſuere homines ſalus fruſtratur & fortuna.
Le. Ego caput hui argento fui hodie reperiundo.
Li. Ego pes fui.Ar.quin nec caput:nec pes ſermonis apparet.
Ne quid dicatis:nec me cur ludatis ſcire poſſum.
Li. Satis iam deluſum cenſeo:nunc rem ut eſt eloquamur.
Animum argyrippe aduorteſis:pater nos ferre hoc iuſſit

Argentum ad te.Ar.ut tempore:opportuneq; attuliſtis.
Li. Hic inerunt uiginti minę bonę mala opera partę.
Has tibi nos pactis legibus dare iuſſit.Ar.quid id ẽ quęſo?
Li. Noctẽ huius & coenã ſibi ut dares.Ar.iube aduenire quęſo.
Meritiſſimo eius quę uolet faciemus:qui boſce amores
Noſtros diſcipulos compulit.Le.hęc faciet facile ut patiar.
Ar. Leonida curre obſecro:patrẽ huc orato ut ueniat.
Li. Iandudum eſt intus.hac quidem non uenit angiporto.
Illac per ortum circuit clam ne quis ſe uiderit
Huc ire familiarium.ne uxor reſciſcat metuit.
De argento ſi mater tua ſciat ut ſit factum.Ar.heia.
Benedicite:ite intro cito.ualete.Le.& uos amate.

Diabolus. Adoleſcens. Paraſitus.

Di. a Gedum iſtũ oſtende quẽ cõſcripſiſti ſyngraphum:
Inter me & amicam & lenam.leges perlege
Naim tu poeta es prorſus ad eam rem unicus.
Par. Horreſcet faxo lena leges quum audiet.
Dia. Age quęſo mi bercle trãſlege.Pa.audin?Di.audio.
Pa. Diabolus niclauci filius claretae
Lenę dedit dono argenti uiginti minas.
Phílenium ut ſecum eſſet noctes & dies
Hunc annum totum.Di.neq; cum quiq̃ alio quidem.
Pa. Addone?Di.adde ut ſcribas uide.plane:& probe.
Pa. Alienum hominẽ intromittat neminem.
Quod illa aut amicũ:aut patronum neminem.
Aut quod illa amica amatorem prędicet.
Fores occluſę omnibus ſint niſi tibi
In foribus ſcribat occupatum eſſe ſe.
Patrẽ hanc amplexari tuũ.Di.hic faciet facile ut patiar.
Pa. Aut quod illa dicat peregre allatam epiſtolam
Ne epiſtola quidem ulla ſit in ędibus.
Ne cerata adeo tabula:& ſi qua inutilis
Pictura ſit:eam uendat:ni quadriduo
Abalienarit:quod ex te argentum acceperit
Tuus arbitratus ſit:comburas ſi uelis.
Neulla ſit cera ubi facere poſſit litteras.
Vocet conuiuam neminem:illam tu uoces
Ad forum:ne quem oculos adiiciat ſuos.
Si quem alium aſpexit:cęca continuo ſiet.
Tecum una poſtea ęque pocula potitet.
Adſtet:accipiat:tibi propinet:tu bibas:

Nę illa minus:aut plus.q̃ tu ſapiat.Di.ſatis placet.
Pa. Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget
Neq; illęc ulli pede pedem homini premat.
Conſurgat:neq; in lectum inſcendat proximum.
Neq; quum deſcendat inde det cuiq̃ manum.
Spectandum ne cui anulum det:neque roget.
Talos ne cuiq̃ homini admoueat niſi tibi.
Quum iaceat te ne dicat nomen nominet.
Deam ſibi inuocet quã libebit propiciam.
Deum nullum.ſi magis religioſa fuerit.
Tibi dicat.tu pro illa ores ut ſit propicius.
Neq; illa ulli homini nutet:nictet:annuat:
Poſt id ſi lucerna extincta ſit:ne quid ſui
Membri ſui cõmoueat quicq̃ in tenebris.Di.optumũ eſt.
Ita ſcilicet facturam.uerum in cubiculo
De me iſtuc:equidẽ illam moueri geſtio
Nolo habere illã cauſam:& uotitam dicere.
Pa. Scio captiones metuis.Di uerũ.Pa.ergo ut iubes
Tollam.Di.quid ni?Pa.audi reliqua.Di.loquere.audio.
Pa. Neq; ullum uerbum faciat perplexibile:
Neq; ulla lingua ſciat loqui niſi attica.
Forte ſi tuſſire occepſit:nec ſic tuſſiat
Vt cuiq̃ linguam in tuſſiendo proferat.
Quod illa autem ſimulet quaſi grauedo profluat:
Hoc ne ſic faciat:tu labellum abſtergeas
Potius:q̃ cuiq̃ ſaliuum faciat palam.
Nec mater lena ad uinum accedat interim.
Nec ulli uerbo malo dicat.ſi dixerit
Hęc mulcta ei eſto.uino uiginti dies
Vt careat.Di pulcbre ſcriptis ſcitũ ſyngrapbum.
Pa. Tum ſi coronas:ſerta:unguenta iuſſerit
Ancillam ferre ueneri:aut cupidini.
Tuus ſeruus ſeruet ueneri ne eas det an uiro
Si forte pure uelle habere dixerit
Tot noctes reddat ſpurcas quot puras habuerit.
Hęc ſunt non nugę:non enim mortualia.
Di. Placent profecto leges.ſequere intro.Pa.ſequor.

Diabolus. Paraſitus.

Di. ſ Equere hac:ego hęc patiar?aut taceã?emori
Me malim:q̃ hęc non eius uxori indicem.
Ain tu apud amicam?munus adoleſcentuli

Fungare:uxori excuſes te & dicas ſenem.
Prȩripias ſcortum amanti? atq; argentum obitias
Lenȩ? ſuppilles clam domi uxorem tuam?
Suppendas potius me: q̃ tacita tu hȩc auferas.
Iam quidẽ hercle ad illam hinc ibo: q̃ tu propediem.
Niſi quidẽ illa ante occupaſſit.te effliges ſcio
Luxurię ſumptus ſuppeditare ut poſſies.
Pa. Ego ſic faciundum cenſeo.me honeſtius eſt
Q̃ te palam hanc rem facere:ne illa exiſtimet
Amoris cauſa percitum id feciſſe te:
Magis q̃ ſua cauſa.Di.at pol quin dixiſti rectius.
Tu ergo fac ut illi turbas:lites conſcias.
Cum ſuo ſibi gnato una ad amicam de die
Potitare:illam expilare iam emone.
Pa. Eſto.iſtud curabo.Di.at ego te opperiar domi.

Argyr. Adoleſcens. Senex. Demenetus.

Ar. a Gedum cubamus ſis pater.Se.ut iuſſeris
Mi gnate:ita fiet.Ar.pueri menſam apponite.
Se. Nunqdnam tibi moleſtum eſt mi gnate ſi hȩc mecum accubat?
Ar. Pietas pater oculis dolorem prohibet.quã̃ q̃ ego iſtanc amo
Poſſum equidẽ ĩducere animũ ne ęgre patiar:q; tecum accubat.
Se. Decet uerecundũ eſſe aduleſcentẽ argyrippe.Ar.edepol pater
Merito tuo facere poſſum.Se.age ergo b̃ agitemus cõuiuiũ.
Vino ut ſermone ſuaui:nolo ego metui:amari mauolo
Mi gnate mi abs te.Ar.pol ego utrunq; facio:ut ęquũ eſt filiũ.
Se. Credã iſtuc ſi eſſe te hilarẽ uideo.Ar.an tu eſſe me triſtẽ putas?
Se. Putẽ ego? quem uideã ęque eſſe moeſtũ ut quaſi dies ſi dicta ſit.
Ar. Ne dixeris iſtuc.Se.ne ſic fueris illico ego non dixero.
Ar. Hem aſpecta:rideo.Se.utinã male q̃ mihi uolũt ſic rideãt.
Ar. Scio equidẽ q̃obrem me pater triſtem credas nunc tibi:
Quia iſtęc eſt tecum:atq; ego quidẽ hercle ut uerũ tibi dicã pater
Ea res me male habet:ac non eo quin tibi non cupiã quę uelis.
Verũ iſtã amo:aliam tecũ eſſe equidem facile poſſum perpeti.
Se. At ego hãc uolo.Ar.g̃ ſũt quę exoptas: m̃ quę ego exoptẽ uolo.
Se. Vnũ hunc diem perpetere:qm̃ tibi poteſtatem dedi.
Cũ hac annum ut eſſes atq; amanti argenti feci copiam.
Ar. Hem iſtoc me facto tibi deuixiſti.Se.qn te ergo hilarẽ das mihi?

Arthemone mulier. Paraſitus. Demenetus.Argyrippus .Philenium meretrix.

Ar. a In tu meum uirum hic potare obſecro cum filio?
Et ad amicam detuliſſe argenti uiginti minas?

Meoq; filio ſciente id facere flagitium patrem?
Neq; diuini:neq; mibi humani poſtbac quicq̃ accreduas.
Artemona:ſi huius rei me eſſe mendacem inueneris.
Art. At ſceleſta ego prę̃ter alios meũ uirum frugi rata.
Siccum:frugi:cõtinentem:amantem uxoris maxime.
Pa. At nũc debĩc ſcito illũ ante omnes minimi mortales precii
Madidũ:nibili:incontinentem:atq; oſorem uxoris ſuę.
Pol ni uera iſta eſſent nunq̃ faceret ea quę nunc facit.
Ego ꝑ hercle illũ ante hac hominẽ ſemper ſum frugi ratus
Verũ hoc facto ſeſe oſtendit.qui quidem cum filio.
Potet una:atq; unã amicã ductet decrepitus ſenex.
Art. Hoc ecaſtor eſt quod ille it ad coenam quottidie
Ait ſeſe ire ad archidemum.cbeream:cbereſtratum.
Cliniam: cremem:cratinũ:cliniam:demoſtbenem:
Is apud ſcortũ corruptelę:& liberis luſtris ſtudet.
Pa. Quin tu illum iubes ancillas rapere ſublimem domũ?
Art. Tace modo.nę illum ecaſtor miſerũ babebo.Pb.ego iſtuc ſcio
Ita fore illi:dũ quidẽ cũ illo nupta eris.Ar.ego cenſeo
Eum etiã hominẽ in ſenatu dare operã aut clientibus.
Ibi labore delaſſatum noctem totam ſtertere.
Ille opere foris faciendo laſſus noctu aduenit.
Fundum alienum arat:incultum familiarem deſerit.
Is etiã corruptus porro ſuum corrumpit filium .
Pa. Sequere bac me mõ:iã faxo ipſũ hominẽ manifeſto opprimas .
Ar. Nibil ecaſtor ẽ quod facere maueli.Pa.mane dũ.Ar.quid ẽ?
Pa. Poſſis ſi forte accubantẽ tuum uirum conſpexeris:
Cum corona amplexũ amicam:ſi uideas cognoſcere?
Ar. Poſſum ecaſtor.Pa.bem tibi hominẽ.Ar.perii.Pa.pauliſp mane.
Aucupemus ex inſidiis clanculum quã rem gerant.
Ar. Quid modi pater amplexandi facies.De.fateor gnate mi.
Ar. Quid fatere.De.me ex amore buius corruptum oppido.
Pa. Audin quid ait?Ar.audio.De.egon ut nõ domo uxori meę.
Surripiã in delitiis pallam:quã babet:atq; ad te deferam?
Non edepol conduci poſſum uita uxoris annua.
Pa. Cenſen tu illum bodie primũ ire adſuetum in ganeum?
Ar. Ille ecaſtor ſuppillabat me:quod ancillas meas.
Suſpicabar:atq; inſontis miſeras cruciabam.Ar.pater
Iube dare uinum:iandudũ factũ eſt quum primũ bibi.
De. Da puere ab ſummo.Ar.age tu ĩteribi ab ĩfimo da ſuauiũ.
Ar. Perii miſera:ut oſculatur carnufex:capuli decus .
De. Edepol animam ſuauiorem aliq̃to q̃ uxoris meę.

Ph. Dic amabo:an fetet anima uxoris tuae?
De. Nauteã malim ſi neceſſum eſt:q̃ illam oſcularier.
Art. Non queo durare.Pa.ſi non didiciſti fulonicam
Non mirandum eſt.in oculos inuadi optimum eſt.
Ar. Ego pol uiuam:& tu bis hęc hodie cum tuo magno malo.
Inuocaſti.Pa.ęquis currit pollinctorem accerſere?
Arg. Mater ſalue.Ar.ſic ſalutas?Pa.mortuus eſt demenetus.
Tempus ſubducere hinc me pulchre.hoc gliſcit proeliũ.
Ibo ad diabolum.mandata dicam facta ut uoluerit.
Atq; interea ut decumbamus ſuadebo:bi dum litigant.
Poſtdemũ huc cras adducam ad lenam:ut uiginti minas
Ei det.in parte hac amanti:ut liceat ei potirier.
Argyrippus exorari ſpero poterit:ut ſinat.
Seſe alternas cum illo noctes hanc frui:nã ni impetro
Regem pdidi:ex amore tantum eſt homini incendium.
Ar. Quid tibi huc receptio adte eſt meũ uirũ?Pb.pol me quidẽ
Miſerum hodie enecabit.Ar.ſurge amator:i domum.
De. Nullus ſum.Ar.ímo es:ne nega:omniũ pol nequiſſimus.
At etiã cubat cuculus:ſurge amator:i domum.
De. Ve mihi.Ar.uera ariolare:ſurge amator:i domum.
De. Abſcede ergo paululũ iſtuc.Ar.ſurge amator:i domum.
De. Iam obſecro uxor.Ar.nunc uxorẽ me eſſe meminiſti tuã?
Modo quum dicta in me ingerebas:odium non uxor erã.
De. Totus perii.Ar.quid tandẽ?anima fetet ne uxoris tuę?
De. Mirrbam olet.Ar.iam ſubripuiſti pallã:quã ſcorto dares?
Arg. E caſtor qui ſubrepturũ pallam promiſit tibi?
Ar. Nõ taces?Arg.ego diſuadebã mater.Art.bellum filium.
Iſtoſcine patrẽ ęquum mores eſt liberis largirier?
Nihil ne te pudet?De.pol ſi aliud niſi ſit:tui me uxor pudet.
Ar. Cano capite te cuculum uxor ex luſtris rapit.
De. Non licet manere:coena coquitur:dum coenẽ modo?
Ar. E caſtor coenabis:hodie ut dignum eſt magnũ malum.
De. Male cubandum eſt:iudicatum me uxor adducit domũ.
Arg. Dicebam pater tibi ne matri conſuleres male.
Phy. De palla memento amabo.De.iuben hãc hinc abſcedere?
Art. Immo intus potius:ſequere me hac mi anime.
Arg. I domum.Ph.da ſauium etiã prius q̃ abis.De.i in crucẽ.
Grex.hic ſenex ſi quid clam uxorẽ ſuo animo fecit uoluptatis
Neq; nouum:neq; mirum fecit:nec ſecus q̃p alii ſolent.
Nec quiſq̃ eſt tã ingenio duro:nec tam firmo pectore.
Quin ubi quicq̃ occaſionis ſit.ſibi faciat bene.

Nunc ſi uoltis deprecari huic ſeni ne uapulet
Remur impetrari poſſe.ſi plauſum ſic clarum datis.

Plauti.Aulularia.

Argumentum.

ſ Enex auarus uix ſibi credens euclio:
Domi ſuę defoſſam multis cum opibus
Aulam inuenit.rurſũq; penitus conditam
Exanguis.amens.ſeruat:eius filiam
Liconides uitiarat.interea ſenex
Megadorus a ſorore ſuaſus ducere.
Vxorem auari gnatam depoſcit ſibi.
Durus ſenex uix promittit:atq; aulę timens
Domo ſublatam uariis abſtrudit locis.
Inſidias ſeruos facit huius liconidis
Qui uirginem uitiarat:atque obſecrat
Auunculum megadorum ſibimet cedere
Vxorem amanti:per dolum mox euclio
Quum perdidiſſet aulam inſperato inuenit.
Laetuſque natam collocat liconidi.

Argumentum.

a Vlam repertam auri plenam euclio
Vi ſumma ſeruat miſeris adfectus modis.
Liconides iſtius uitiat filiam.
Volt banc megadorus indotatam ducere.
Lubenſq; ut faciat:dat coquos cum obſonio
Auro formidat euclio:abſtrudit foris .
Re omni inſpecta compreſſoris ſeruulus
Id ſurpit:illic euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro uxore & filio.

Lar Familiaris. Prologus.

n E quis miretur qui ſim paucis eloquar.
Ego lar ſum familiaris:ex hac familia
Vnde & euntem me aſpexiſtis.banc domum.
Iam multos annos eſt quum poſſideo:& colo.
Patri:auoq; iam huius qui nunc hic habet.
Sed mibi auus huius obſecrans concredidit.
Theſaurum auri clam omnis in medio foco
Defodit uenerans me:ut id ſeruarem ſibi.
Is quando moritur ita auido ingenio fuit.

Nunq̃ indicare id filio uoluit ſuo.
Inopemq; optauit potius eum relinquere
Q͂ eum theſaurum commonſtraret filio.
Agri reliquit ei non magnum modum.
Quo cum labore magno: & miſere uiueret.
Vbi is obiit mortem: qui mihi id aurum credidit:
Coepi obſeruare ecquid maiorem filius
Mihi bonorem haberet. q̃ eius habuiſſet.
Atq; ille uero minus minuſque impendio
Curare: minuſq; me impartire honoribus
Itẽ a me contra factũ eſt. nam itẽ obiit diem
Is ex ſe hunc reliquit qui hic nunc habitat filium
Pariter moratum: ut pater auuſq; huius fuit.
Huic filia una eſt. ea mihi quottidie
Aut thure: aut uino: aut aliquod ſemper ſupplicat.
Dat mihi coronas: eius bonoris gratia
Feci theſaurum ut hic reperiret euclio.
Quo eam facilius nuptum ſi uellet daret:
Nam cõpreſſit eam de ſummo adoleſcens loco.
Is ſcit aduleſcens quę ſit: quam compreſſerit.
Illa illum neſcit: neque compreſſam autem pater
Eam ego hodie faciam: ut hic ſenex de proximo.
Sibi uxorem poſcat: id ea faciam gratia
Quo ille eam facilius ducat: qui compreſſerat.
Et hic qui poſcet eam ſibi uxorem ſenex.
Is aduleſcentis illius eſt auunculus.
Qui illam ſtuprauit noctu cereris uigiliis.
Sed hic ſenex iam clamat intus ut ſolet.
Anum foras extrudit ne ſit conſcia.
Credo aurum inſpicere uolt: ne ſurreptum ſiet.

Senex Euclio. Staphila anus.

Eu. e Xi inquã: age exi: exeundum hercle tibi hĩc eſt foras.
Circunſpectatrix cum oculis emiſſiciis.
Sta. Nam cur me miſeram uerberas? Eu. ut miſera ſis.
Atq; ut te dignam mala malam ętatem exigas.
Sta. Nam qua nunc cauſa extruſiſti ex ędibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?
Illuc regredere ab boſtio: illuc ſis uide
Vt incedit: at ſcin quo modo tibi res ſe habet?
Si hodie hercle fuſtẽ cepero aut ſtimulum in manũ.
Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Sta. Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpendium
Potius quidẽ:q̃ hoc pacto apud te ſeruiam.
Eu. Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat
Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi
Ne me obſeruare poſſis quid rerũ geram.
Abſcede etiam nunc:etiam nunc:etiam obe:
Iſtic adeſto:ſi hercle tu ex iſtoc loco
Digitũ tranſuerſum:aut unguem latũ exceſſeris:
Aut ſi reſpexeris donec ego te iuſſero
Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci.
Sceleſtiorem me.hac anu certe ſcio
Vidiſſe nunq̃:nimiſq; ego hanc metuo male.
Ne mihi ex inſidiis uerba imprudenti diut.
Neu perſentiſcat aurum ubi eſt abſconditum.
Quę in occipitio quoq; habet oculos peſſima.
Nunc ibo ut uiſam:eſt ne ita aurum ut condidi?
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis?
Sta. Nec nunc mecaſtor quid hero ego dicam meo.
Male rei eueniſſe:quamue inſaniam
Queo cõminiſci:ita me miſeram ad hunc modum
Decies die uno ſępe extrudit ędibus.
Neſcio pol quę illunc hominem intemperię tenent.
Peruigilat noctes totas:tum autem interdius
Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.
Neq; iam quo pacto celem herilis filię
Probrũ:propinqua partitudo cui appetit
Queo cõminiſci:neq; quicq̃ melius eſt mihi
Vt opinor:q̃ ex me ut unam faciam litteram.
Longũ laqueo collum quando obſtrinxero.

Euclio ſenex. Staphila anus.

Eu: n Vnc defecato demum animo egredior domo.
Poſtq̃ perſpexi ſalua eſſe intus omnia:
Redi nunc iam intro:atq; intus ſerua.Sta.quippe nil
Ego intus ſeruem:an ne quis ędes auferat?
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quęſti furibus.
Ita inanis ſunt:oppletę:atq; araneis.
Eu. Mirũ quin tua nunc me cauſa faciat iuppiter.
Philippum regem:aut dareum triuenefica.
Araneas mihi ego illas ſeruari uolo.
Pauper ſum fateor:patior:quod di dant fero.
Abi intro:occlude ianuã:iam ego hic ero.

Caue quenq̃ alienum in ędis intromiseris:
Sta. Quid si quispiam ignem quęrit? Eu. extingui uolo.
Ne causę quid sit quod te quispiam quęritet.
Nam si ignis uiuet: tu extinguere extemplo.
Tum aquam aufugisse dicito si quis petet.
Cultrum: securim: pistillum: mortarium
Quę utenda uasa semper uicini rogant
Fures ueniisse atq; abstuliisse dicito.
Profecto in ędibus meis me absente neminem.
Volo intromitti: atq; etiam hoc prędico tibi
Si bona fortuna ueniat ne intromiseris.
Sta. Pol ea ipsa credo ne intromittatur cauet.
Nam ad ędis nostras nusq̃ adiit quãq̃ prope.
Eu. Tace: atq; abi intro: Sta. taceo atq; abeo. Eu. occludesis.
Fores ambobus pessulis. iam ego hic ero.
Discrucior animi: q; ab domo abeundum est mihi.
Nimis hercle inuitus abeo: sed quid agam scio.
Nam noster nostrę qui est magister curię.
Diuidere argenti dixit nummos in uiros.
Id si relinquo: ac non peto: omnes illico
Me suspicentur credo habere aurum domi.
Nam non est ueriśimile hominem pauperem
Pauxillum parui facere quin nummum petat.
Nam nunc quum cęlo sedulo omnes ne sciant
Omnes uidentur scire. & me benignius
Omnes salutant: q̃ salutabant prius
Adeunt: consistunt: copulantur dexteras.
Rogitant me ut ualeam: quid agam: quid rerũ geram:
Nunc quo profectus sum ibo: post idem domum
Me rursum q̃tum potero tantum recipiam:

Eumonia. Megadorus senex.

Eu. u Elim te arbitrari me hęc uerba frater
Meae fidei tuęq; rei hoc uel hoc
Causa facere ut ęquum est germanam sororem.
Q̃ q̃ haud falsa sum nos odiosas haberi.
Nã multum loquaces merito omnes habemur.
Nec mutam profecto repertam ullam esse
Hodie dicunt mulierem ullo in sęculo.
Verum hoc frater unum tamen cogitato.
Tibi proximam me mihiq; item esse te
Vt ęquum ẽ quod in rẽ esse utriq; arbitremur.
Et mihi te: & tibi me consulere & monere.

Neq; occultum id haberi:neq; per metum muſſari.
Quin participem pariter ego te:& tu me ut facias.
Eo nunc ego ſecreto te huc foras ſeduxi.
Vt tuam rem ego tecũ hic loquerer familiariter.
Me. Da mihi optuma foemina manũ.Eu.ubi ea eſt?
Quis ea eſt nã optuma?Me.tu.Eu.tu ne ais?Me.ſi negas nego.
Eu. Decet te equidẽ uera proloqui:nã optuma nulla poteſt eligi.
Alia alia peior frater ẽ.Me.idẽ ego arbitror:nec tibi
Aduerſari certum eſt de iſtac re unq̃ ſoror.quid uis.
Eu. Da mihi operã amabo.Me.tu aſt utere:atq; impera.ſi quid uis.
Eu. Id quod in rẽ tuã optumũ eſſe arbitror te id admonitũ aduẽto.
Me. Soror more tuo facis.Eu.facta uolo.Me.quid eſt id ſoror?
Eu. Quod tibi ſẽpiternũ ſalutare ſit liberis,pcreãdis.Me.ita di faxĩt.
Eu. Volo te uxorem domũ ducere.Me.hei occidi.Eu.quid ita?
Me. Quia miſero cerebrũ excutiũt tua dicta ſoror:lapides loquaris.
Eu. Eia hoc face quod te iubet ſoror.Me.ſi iubeat faciam.
Eu. In rẽ hoc tuã eſt.Me.ut quidẽ:emoriar prius q̃ ducam.
Quę cras ueniat perendie foras feratur ſoror.
His legibus quã dare uis cedo nuptias:adorna.
Eu. Q; maximam poſſum tibi dare frater dotem.
Sed eſt grandior natu:media eſt mulieris ętas.
Eam ſi iubes frater tibi me poſcere poſcam.
Me. Num nõ uis me interrogare te.Eu.ĩmo ſi quid uis roga.
Me. Poſt mediam ętatẽ qui mediã ducit uxorem domum.
Si eam ſenex anum pregnantem fecerit fortuito
Quid dubitas quĩ ſit paratũ nomẽ:puero poſthumus?
Nũc ego iſtum ſoror laborẽ degam:& dimminuam tibi.
Ego uirtute deũ & maiorum noſtrorũ diues ſum ſatis:
Iſtas magnas factiones:animos:dotes.dapſiles:
Clamores:imperia:eburata uehicula:pallas purpurã.
Nihil moror:quę in ſeruitutem redigunt uiros.
Dic mihi quęſo q̃s ea eſt quã uis ducere uxorẽ?Eu.eloquar.
Nouiſtin hũc ſenẽ euclionẽ ex proximo pauperculum?
Me. Noui hominẽ haud malũ me caſtor:eius cupio filiam.
Virginẽ mihi deſponderi:uerba ne facias ſoror.
Scio quid dictura es hãc eſſe pauperẽ:hęc pauper placet.
Eu. Di bene uertãt.Me.idẽ ego ſpero.Eu.quid me nũc uis?Me.uale.
Eu. Et tu frater.Me.ego conueniã euclionẽ ſi domi eſt.
Sed eccum neſcio unde ſeſe homo recipit domum.

Euclio. Meg.ſenex.

P Reſagibat mihi animus fruſtra me ire:quum exibã domo
Itaq; abibam inuitus:nam neq; quiſq̃ curialium

Venit:neq; magiſter:quem diuidere argentum oportuit.
Nũc domũ properare propero:nã egomet ſũ hic:aíus domi ẽ.
Me. Saluus atq; fortunatus euclio ſemper ſies.
Eu. Di te ament megadore:Me.quid tu?recten atq; ut uis uales?
Eu. Non temerariũ eſt ubi diues blande appellat pauperem.
Iam illic homo aurũ me ſcit habere:eo me ſalutat blandius.
Me. Ain tu te ualere.Eu.pol ego haud a pecunia perbene.
Me. Pol ſi eſt animus ç̃quus tibi ſatis habes qui bene uitã colas.
Eu. Anus hercle h̃ indiciũ fecit de auro perſpicue.palam eſt
Cui ego iam linguã prę̃cidã atq; oculos effodiam domi.
Me. Quid tu ſolus tecum loquere?Eu.meã paupiem conqueror.
Virginem habeo grandẽ:dote caſſam:atq; inlocabilem.
Neq; eã queo locare cuiq̃.Me.tace bonũ habe aíum euclio.
Dabitur:adiuuabere a me :dic ſi quid opus eſt impera.
Eu. Nũc petit quum pollicetur in hac aurum ut deuoret.
Altera manu fert lapidem:panem oſtentat altera.
Nemini credo.qui large blandus eſt diues pauperi.
Vbi manum inicit:benigne ibi onerat aliquã zamiã.
Ego iſtos noui polipos quĩ ibi quicqd tetigerunt tenent.
Me. Da mihi opam parumper:paucis euclio ẽ quod te uolo.
De cõmuni re appellare mea & tua.Eu.hei miſero mihi.
Aurum mihi intus arpagatũ eſt:nunc hic eam rẽ uolt ſcio
Mecũ adire ad pactionem.uerum interuiſam domi.
Me. Quo abis?Eu.iã ad te reuortar.nam eſt quod uiſum domũ.
Me. Credo edepol ubi mentionem ego fecero de filia
Mihi ut deſpondeat ſeſe a me derideri rebitur.
Neq; illo quiſq̃ eſt alter hodie ex paupertate parcior.
Eu. Di me ſeruãt ſalua res eſt:ſaluum eſt ſi quid non perit.
Nimis male timui:prius q̃ intro redii exanimatus fui.
Redeo adte megadore ſi quid me uis.Me.habeo gratiã.
Quę̃ſo quod te percontabor:ne id te pigeat proloqui.
Dũ quidẽ ne quid perconteris qd̃ mihi non libeat proloqui.
Me. Dic mihi quali me arbitrare genere prognatũ.Eu.bono.
Me. Quid fide?Eu.bona.Me.qd facis.Eu.neq; malis:neq; ĩprobis.
Me. Aetatem meã ſcis.Eu.ſcio eſſe grandem itidem ut pecuniã.
Me. Certe edepol equidẽ te ciuẽ ſine omni mala etiã malitia.
Semper ſum ratus & nunc arbitror.Eu.aurum huic olet.
Quid nũc me uis?Me.qm̃ tu me:& ego te qualis ſis ſcio.
Quę̃ res recte uortat:mihiq; tibiq;:tuę̃q; filię̃.
Filiam tuã mihi uxorem poſco:promitte hoc fore.
Me. Hei megadore haud decorũ facinus tuis factis facis.
Vt inopem atq; innoxium abs te:atq; abſ tuis me irrideas.

Nã de te neq; re neq; uerbis merui uti faceres quod facis.
Me. Neq; edepol ego te deriſum uenio:neq; derideo.
Neq; dignum arbitror.Eu.cur igitur poſcis meã gnatã tibi?
Me. Vt propter me tibi ſit melius:mibiq; ꝓpter te & tuos.
Eu. Venit hoc mibi in mentẽ megadore te eſſe hominẽ diuitẽ.
Factioſũ:me itẽ eſſe hominẽ pauperũ pauperrimum.
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi:in mentem uenit.
Te bouẽ eſſe:& me eſſe aſellũ:ubi tecum coniunctus ſiem.
Vbi onus nequeã portare pariter iaceam ego aſinus ĩ luto.
Tu me bos haud magis reſpicias:gnatus q̃ ſi nunq̃ ſiem.
Et te utar iniquiore:& meus me ordo irrideat.
Neutrobi habeã ſtabile ſtabulum:ſi quid deuortii fuat.
Aſini me mordicus ſcindãt:boues incurſent cornibus
Noc magnũ eſt piculũ me ab aſinis ad boues tranſcẽdere.
Me. Q̃ ad probos propĩquitate.proxime te adiunxeris.
Tam optimũ ẽ:tu conditionẽ banc accipe:auſculta mibi.
Atq; eam deſponde mibi.Eu.at nibil eſt dotis quidẽ.
Me. Ne duas:dum modo morata recte ueniat:dotata ẽ ſatis.
Eu. Eo dico ne me thеſaurum reperiſſe cenſeas.
Me. Noui:ne doceas:deſponde:Eu.fiat:ſed pro iuppiter.
Non ego diſperii?Me.qd tibi ẽ?Eu.qd crepuit quaſi ferrũ mõ?
Me. Hic apud me hortũ confodere iuſſi:ſed ubi bic eſt bomo?
Abiit:neq; me certiorem fecit:faſtidit mei:
Quia uidet me ſuã amicitiã uelle:more hominũ facit:
Nã ſi opulento ſit petitum pauperioris gratiam
Pauper metuit congredi:per metũ male rem gerit
Idem quãdo illç occaſio perit:poſt ſero cupit.
Eu. Si hercle ego te nõ elinguãdã dedero:uſq; ab radicibus.
Impero:auctorq; ſum:ut me cuiuis caſtrandũ loces.
Me. Video hercle ego te me arbitrari euclio boĩnem idoneũ
Quẽ ſenecta ętate ludoſfacias haud merito meo.
Eu. Neq; edepol megadore facio:neq; ſi cupiã copia eſt.
Me. Quid?nũc etiã mibi deſpondes filiam?Eu.illis legibus.
Cum illa dote quam tibi dixi.Me.ſponden ergo?Eu.ſpondeo.
Iſtuc di bene uortãt.Me.ita di faxĩt.Eu.illd̃ facito ut memineris.
Conueniſſe:ut ne quid dotis mea ad te afferat filia
Me. Memini.Eu.at ſcio quo uos pacto ſoleatis perplexarier.
Pactũ non pactũ eſt:non pactũ pactũ eſt quod uobis lubet.
Me. Nulla controuerſia mibi tecum erit:ſed nuptias
Hodie quin faciamus num quę cã ẽ?Eu.ĩmo edepol optuma.
Me. Ibo igit̃:parabo:nũquid me uis?Eu.iſtuc fiet.uale.
Me. Heus ſtrobile,ſequere propere me ad macellũ ſtrenue.

Eu. Illic binc abiit.di immortales obſecro aurũ quid ualet?
Credo ego iam illũ inaudiiſſe mibi eſſe tbeſaurũ domũ.
Id inbiat:ea affinitatẽ banc obſtinauit gratia:
Euclio ſenex. Staphila anus.
Eu. u Bi tu es quę deblateraſti iam uicinis omnibus
Me meę filię daturũ dotem?beus ſtaphila te uoco.
Ecquid audis?uaſcula intus pure:propera atq; elue.
Filiam deſpondi ego bodie.buic nuptũ megadoro dabo.
St. Di bene uortant.uerũ ecaſtor nõ poteſt.ſubitũ eſt nimis.
Eu. Tace atq; abi:curata fac ſint quum a foro redeã domũ.
Atq; occlude ędes:iã ego bic ero.St.quid ego nũc agã?
Nũc nobis prope adeſt exitium mibi atq; berili filię
Nã probrũ atq; partitudo prope adeſt ut fiat palam.
Quod celatũ eſt:atq; occultatum uſq; adbuc:nũc nõ poteſt.
Ibo intro.ut hęc quę impauit facta cum ueniat ſient.
Nã ecaſtor malũ moerorem metuo ne miſtum bibam.
Strobilus ſeruus. Anthrax. Congrio coqui.
Stro.p Oſtẽ obſonauit berus:& conduxit cocos
Tibicinaſq; haſce apud forum edixit mibi.
Vt diſpartirem obſonium bic bifariam.
Con.Me quidem hercle dicam palam non diuides.
Si quo tu totũ me ire uis operam dabo.
Ant.Bellum & pudicum uero proſtibulum populi.
Poſt ſi quis uellet te.haud non uelles diuum.
Con. Atq; ego iſtuc anthrax aliouorſum dixeram
Nõ iſtud qđ tu inſimulas.St.ſed her? nuptias me? bodie faciet.
Con.Cuius ducit filiam?St.uicini huius euclionis e proximo.
Ei adeo obſonii binc dimidium iuſſit dari.
Cocum alterum:itidemq; alteram tibicinam.
Nempe huic dimidiũ ducis:dimidium domi?
St. Nempe ſicut dicis.Ant.quid bic non poterat de ſuo.
Senex obſonari filię in nuptiis?St.uah.
An. Quid negocii eſt?St.quid negocii ſit rogas?
Pumex non ęque aridus:atq; bic eſt ſenex.
An. Ain tandem ita eſſe ut dicis?Str.tute exiſtima
Suam rem periiſſe:ſeque eradicarier.
Quin diuum atq; hominũ clamat continuo fidem
De ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras
Quí quum id dormitũ follem obſtrinxit ob gullã
An. Cur?Str.ne quid animę amittat dormiens.
An. Etiãne obturat inferiorem gutturem.

Ne quid animę forte amittat dormiens?
Str. Hęc mihi te ut tibi me ęquum est credere credo.
An. Immo equidem credo. Str. at scin etiam quo modo?
Aquam hercle plorat quum lauat profundere.
An. Censen talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene ut det: qui fiamus liberi?
Str. Famem hercle utendam si roges nunq̃ dabit
Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat.
Collegit: omnia abstulit prędegmina.
An. Edepol mortalem parce parcum praedicas.
Str. Censen uero adeo esse parcum et misere uiuere?
Pulmentum pridem ei eripuit miluus.
Homo ad prętorem plorabundus deuenit
Infit ibi postulare plorans eiulans
Vt sibi liceret miluum uadarier.
Sexcenta sunt quę memorem si sit ocium.
Sed uter uestrorum est celerior memora mihi.
Con. Ego ut multo melior. St. cocum ego: non furem rogo.
An. Cocum ego dico. St. quid tu ais? Con. sic sum: ut uides.
Str. Cocus ille nundinalis est: in nonum diem.
Solet ire coctum. Con. tu trium litterarum homo
Vituperas me. Str. etiam fur trifurcifer.

Strobilus. Anthrax. Congrio.

An. Tace nunc iam tu atq; agnum horum uter est pinguior.
Licet. Str. tu cōgrio eū sume atq; abi ītus illuc et uos eū segmī
Vos cęteri illuc ad nos. Con. hercle iniuria
Dispertiuisti. pinguiorem agnum isti habent.
Str. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo phrygia: tu autem eleusium
Huc intro abi ad nos. Con. o strobile subdole
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?
Vbi siquid poscamus ad rauim poscamus prius
Quā quicq̃ detur. Str. stultus et sine gratia es
Tibi recte facere quando quid facias perit?
Con. Qui uero? Str. rogitas? iam principio in ędibus.
Turba istuc nulla tibi erit. siquid uti uoles.
Domo abs te afferto: ne operam perdas poscere.
Hic apud nos magna turba ac familia est.
Suppellex: aurum. uestes. uasa argentea: ibi si periit quippiam
Quod te scio facere abstinere posse. si nihil obuiam est.
Dicant coci abstulerunt comprehendite.

Vincite.uerberate.in puteum condite.
Horum tibi iſtic nihil eueniet quippe qui
Vbi quid nihil eſt: ſequere hac me.Con.ſequor.

Strobilus.Euclio.Staphyla.

Str. b Eus ſtaphyla prodi atq; hoſtium aperi.Sta.qui uocat?
Str. Strobilus.Sta.quid uis?Str.hos ut accipias cocos:
Tibicinamq;:et obſonium in nuptias.
Megadorus:iuſſit euclioni hęc mittere.
Sta. Cererin ſtrobile has facturi nuptias?
Str. Qui?Sta.quia temeti nihil allatum intelligo.
Str. At iam afferetur ſi a foro ipſus redierit.
Sta. Ligna hic apud nos nulla ſunt.Str. ſunt afferes?
Sta. Sunt pol.Str.ſunt igitur ligna ne quęras foris.
Sta. Quid impurate ꝓꝙ uulcano ſtudes
Coenęue cauſa aut tuę mercedis gratia
Nos noſtras ędes poſtulas comburere?
Str. Haud poſtulo duc iſtos intro.Sta.ſequimini.

Pythodicus Seruus.

c Vrate:ego íteruiſam quid faciant coqui
Quos pol ut ego hodie ſeruem cura maxima eſt:
Niſi unum hoc faciam:ut in puteo coenam coquant.
Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis.
Si autem deorſum comedent.ſiquid coxerint
Superi incoenati ſunt:et coenati inferi
Sic uerba hic facio:quaſi negocii nihil ſiet.
Rapacidarum ubi tantum ſiet in ędibus.

Euclio.Congrio.

u Olui animum tandem conſolare meum
Vt bene haberem filię nuptiis.
Venio ad macellum:rogito piſces:indicant
Caros.agninam caram:caram bubulam:
Vitulinam:cetum:porcinam: cara omnia:
Atq; eo fuerunt cariora ęs non erat.
Abeo iratus illinc:quoniam nihil eſt qui emam.
Ita illis impuris ominibus adii manum.
Deinde egomet mecum cogitare inter uias
Occepi:feſto die ſi quid prodegeris
Profecto egere liceat:niſi peperceris.
Poſt hanc rationem cordi uentriq; edidi.
Acceſſit animus ad meam ſententiam:
Quam minimo ſumptu filiam ut nuptum darem.

Hunc tuſculum emi:et haſce coronas floreas.
Hęc imponentur in foco noſtro lari
Vt fortunatas faciat gnatae nuptias.
Sed quid ego apertas ędes noſtras conſpicor?
Et ſtrepitus eſt intus.numnam compilor miſer?ego
Con. Aulam maiorem ſi potes uicinia
Pete:hęc parua eſt capere non quit.Eu.hei mihi
Perii hercle:aurũ rapitur:aula quęritur.
Nimirum occidor:niſi ego intro huc propero currere.
Apollo quęſo ſubueni mihi:atq; adiuua.
Confige ſagittis fures theſaurarioſ.
Cui in re tali ſubueniſti antehac.
Sed ceſſo prius q̃p prorſus perii currere.

Anthrax.Euclio.

d Romo deſquama piſcis:tu macherio
Congrum muręnam exdorſua quantum potes.
Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto
A congrione,tu iſtum gallum ſi ſapis
Glabriorem reddes mihi:q̃ uolſus ludius eſt.
Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Coqui hercle credo.faciunt officium ſuum.
Fugiam intro:ne quid turbę hic itidem fiat

Congrio.

o Ptati ciues:populares:incolę.accolę.aduenę omnes
Date uiam qua fugere liceat:facite totę plateę pateant.
Nũqd ego unq̃ niſi hodie ad bacchas ueni í bacchanal coqnatũ?
Ita me miſerũ et meos diſcipulos fuſtibus male cõtuderũt.
Totus doleo.atq; oppido perii:ita me iſte habuit ſenex gymnaſiũ.
Atat perii hercle ego miſer:aperit bacchanal adeſt.
Sequitur.ſcio quam rem geram.hęc ipſus magiſter me docuit.
Neq; ligna ego uſq̃ gentium pręberi uidi pulchrius
Itaq; omnis exegit foras me:atq; bos onuſtos fuſtibus.

Euclio ſenex.Congrio.

r Edi:quo fugis nunc?tene tene.Con.quid ſtolide clamas?
Eu. Quia ad triſuiros iam ego deferã tuũ nomẽ.Con.quãobrẽ?
Eu. Quia cultrum habes.Con.cocum decet.Eu.quid comminatus
Mihi?Con.iſtuc malefactum arbitror:quia non latus fodi.
Eu. Homo nullus eſt te ſceleſtior qui uiuat hodie.
Neq; cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim.
Con. Pol etſi taceas:palam id quidem eſt:res ipſa teſtis eſt.
Ita fuſtibus ſolum mollior magis miſer q̃p ullus cinedus.

Sed quid tibi nos mendice homo tactio est? quae res?
Eu. Etiam rogitas? an quia minus q̄ ęquum erat feci?
Con. Sine: hercle cum malo magno tuo si hoc caput sentiet.
Eu. Sed in ędibus quid tibi meis nam erat negocii
Me absente: nisi ego iusseram uolo scire. Con. tace ergo:
Quia uenimus coctum ad nuptias. Eu. quid tu malum curas
Vtrum crudum an coctum edam nisi tu mihi es tutor?
Con. Volo scire sinas: an nō sinas nos coquere hic coenam
Eu. Volo scire item ego meę domi mea salua futura.
Con. Vtinam mea mihi modo auferam quę attuli salua.
Eu. Me haud poenitet: tua ne expetam? Con. scio. ne doce. noui:
Quid est qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic coenam:
Quid fecimus? quid diximus tibi secus q̄ uelles?
Eu. Etiam rogitas sceleste homo qui angulos omnis
Mearum ędium: et conclauium mihi per uiam facitis?
Id ubi tibi erat negocium ad focum si adesses
Non fissile haberes caput: merito id tibi factum est
Adeo ut tu meam sententiam iam noscere possis.
Si ad ianuam huc accesseris: nisi iussero propius
Ego te faciam miserrimus mortalis uti sis.
Scis iam meam sententiam? quo abis? redi rursum.
Con. Ita me bene amet lauerna te iam nisi redi
Mihi uasa iubes pipulo hic differam ante ędis.
Quid ego nunc agam? nę ego edepol ueni huc auspicio malo.
Nummo sum conductus plus iam medio mercede opus est.

Euclio. Congrio.

Eu. b Oc quidem hercle quoquo ibo mecum erit: mecum feram
Neq; istud in tantis periculis unq̄ cōmittam ut siet.
Ite sane nunc iam intro omnes et coqui & tibicinę.
Etiam introduce si uis uel gregem uenalium
Coquite: facite: festinate: nunc iam quantum lubet.
Con. Hem perii. Eu. abi. opera huc conducta est uestra non oratio.
Con. Heu senex pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam.
Coctum ego: non uapulatum dudum conductus sum.
Eu. Lege agito mecum. molestus ne sis: et coenam quoque.
Aut abi in malum cruciatum ab ędibus. Con. abi tu modo.

Euclio.

Eu. i Llic hinc abiit: di immortales facinus audax incipit.
Qui cū opulento paup homine coepit rē habere: aut negociū
Velut megadorus tentat me omnibus miserum modis:
Qui simulauit mei honoris mittere huc causa coquos.

Is ea cauſa miſit hoc qui ſurriperent miſero mibi.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinacius.
Qui erat anui peculiaris perdidit peniſſime.
Vbi erat hęc defoſſa occepit ibi ſcalpurire ungulis.
Cicũcirca:quid opus eſt uerbis?ita mihi pectus peracuit
Capio fuſtem.obtrunco gallum furem manifeſtarium.
Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos
Si id palam feciſſet:exemi ex manu manubrium.
Quid opus eſt uerbis?facta eſt pugna in gallo gallinatio.
Sed megadorus meus affinis:eccum incedit a foro.
Iam hunc non auſim pręterire:quin conſiſtam et colloquar.

Megadorus.Euclio.

n Arraui amicis meis conſilium meum
De conditione hac.euclionis filiam laudant
Sapienter factum et conſilio bono
Nam meo quidem animo ſi idem faciant cęteri.
Opulentiores pauperorum filias
Vt indotatas ducant uxores domum.
Et multo fiat ciuitas concordior.
Et inuidia minore nos utamur:ꝙ utimur.
Et illę malam rem metuant:ꝙ metuunt magis.
Et nos minore ſumptu ſimus:ꝙ ſumus
In maxima illec populi parte eſt optuma
In pauciore auidis altercatio eſt.
Quorum animis auidis:atq; in ſatietatibus
Neq; lex:neq; tutor capere eſt qui poſſit modum.
Neq; hoc qui dicat quo illę nubent diuites.
Dotata es:iſtud ius pauperibus ponitur
Quo iubeant nubant:dum dos ne fiat comes.
Hoc ſi ita fiet mores meliores ſibi
Parent pro dote quos ferant:ꝙ nunc ferunt.
Ego faxim muli precio:qui ſuperant equos.
Sient uiliores gallicis canteriis.

Eu. Ita me di amabunt ut ego hunc auſculto lubens.
Nimis lepide fecit uerba ad parſimoniam.

Me. Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli.
Maiorem multo ꝙ tibi erat pecunia.
Enim mibi quidem ęquum eſt.
Purpuram atq; aurum dari.
Ancillas:mulos:muliones:pediſſequas:
Salutigerulos pueros:uehicula qui uehat.

Eu. Vt matronarum hic facta pernouit probe.
Moribus prẽfectum mulierum hunc factum uelim.
Me. Nunc quoq; uenias plus plaustrorum in ẽdibus.
Videas ꝑ ruri quando ad uillam ueneris.
Eu. Sed hoc etiam pulchrum est.
Prẽ ꝑ ubi sumptus petunt.
Stat fullo.phrygio.aurifex lanarius.
Caupones:pataglarii:indusiarii:flãmarii:uiolarii:carinarii.
Aut manulearii:aut myrobrechanii.
Solearii adstant:adstant molochinarii
Petunt fullones:sarcinatores petunt.
Strophiarii adstant:adstant semisonarii.
Iam hosce absolutos censeas:cedunt:petunt:
Terceni quum stant:phylacistẽ in atriis
Textores:limbolarii:arcularii ducuntur:datur
Aes.iam hosce absolutos censeas
Quum incedunt infectores crocotarii
Aut aliqua mala crux semper est quẽ petat.
Eu. Compellarem ego illum ni metuam:ne desinat
Memorare mores mulierum:nunc sic sinam.
Me. Vbi nugigerulis res soluta est omnibus
Ibi ad postremum cedit miles:aes petit.
Itur:putatur ratio cum argentario.
Miles impransus adstat:ẽs censet dari.
Vbi disputata est ratio cum argentario
Etiam plus ipsus ultro debet argentario.
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hẽc sunt atq; aliẽ multẽ in magnis dotibus
Incommoditates sumptusq; intolerabiles
Nam quẽ indotata est:ea est in potestate uiri.
Dotatẽ mactant et malo & damno uiros:
Sed eccum affinem ante ẽdes:quid agitur euclio?

Euclio.Megadorus.

Eu. n Imium lubenter audiui sermonem tuum:
Me. An audiuisti?Eu.usq; a principio omnia.
Me. Tamen e meo quidem animo
Aliquanto facias rectius.
Si nitidior sis nuptiis filiẽ.
Eu. Pro re nitorem & gloriam pro copia.
Qui habent meminerint sese unde oriundi sient.
Neq; pol megadore mihi:neq; cuiꝯ pauperi

Opinione melius res ſtructa eſt domi.
Me. Immo eſt:et dii faciant ut ſiet:
Plus pluſq; ſoſpitent quod nunc habes
Eu. Illud mihi uerbum non placet quod nunc habes.
Tam hic ſcit me habere q̃ egomet:anus fecit palam.
Me. Quid tute ſolus e ſenatu ſeuocas?
Eu. Pol ego te ut accuſem merito meditabar.Me.quid eſt?
Eu. Quid ſit me rogas?qui mihi omnis angulos
Furum impleuiſti in ędibus miſero mihi
Qui mihi intromiſiſti in ędibus quingentos coquos
Cum ſenis manibus genere geryonaceo.
Quos ſi argus ſeruet:qui oculeus totus fuit.
Quem quondam ioni iuno cuſtodem addidit.
Is nunc̃p ſeruet.prędterea tibicinam
Quę mihi interbibere ſola.ſi uino ſcateat.
Cōrinthienſem fontem pyrenea poteſt.
Tum obſonium autem.Me.pol uel leoni ſat eſt
Etiam agnum miſi.Eu.quo quidem agno ſat ſcio
Magis carioſam nuſq̃ ullam eſſe beſtiam
Eu. Volo ex te ego ſcire qui ſit agnus curio
Me. Qui oſſa atq; pellis totus eſt.ita cura macet.
Quin exta inſpicere in ſole etiam uiuo licet.
Ita is pellucet quaſi laterna punica.
Me. Cedundum illum ego conduxi.Eu.tum tu idem optumus eſt
Loces efferendum.nam iam credo mortuus eſt.
Me. Potare ego tecum hodie euclio uolo.
Eu. Non potem ego quidem hercle.Me.At ego iuſſero
Cadum unum uini ueteris a me afferrier.
Eu. Nolo hercle:nam mihi bibere decretum aquam eſt.
Me. Ego te hodie reddam madidum ſi uiuo probe.
Tibi an decretum eſt bibere aquam?Eu.ſcio quam rem agat
Vt me deponat:uino eam affectat uiam.
Poſt hoc quod habeo ut cōmutet coloniam.
Ego id cauebo:nam alicubi abſtrudam foris.
Ego faxo et operam et uinum perdiderit ſimul.
Me. Ego niſi quid me uis eo lauatum ut ſacruficem.
Eu. Edepol nę tu aula multoſ inimicos habes.
Atq; iſtuc aurum quod tibi concreditum eſt.
Nunc hoc mihi factum eſt optumum:ut te auferam
Aula in fidei phanum:ibi abſtrudam probe:
Fides nouiſti me:et ego te:caue ſis tibi

Ne tu in me mutaſſis nomen: ſi hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua fides fiducia.

Strobilus.

Str. b Ooc eſt ſerui facinus frugi facere quod ego perſequor
Ne morę moleſtięq; imperium herile habeat ſibi.
Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat.
In herum matura: in ſe ſera condecet capeſſere.
Sin dormitet ita dormitet ſeruum ſeſe ut cogitet.
Nam qui amanti hero ſeruitutem ſeruit: quaſi ego ſeruio
Si herum uidet ſuperare amorem: hoc ſerui eſſe officium reor:
Retinere ad ſalutem non eum quo incumbat: eo impellere.
Quaſi pueri qui nare diſcunt ſcirpea inducitur ratis
Qui laborent minus: facilius ut nent: & moueant manus.
Eodem modo ſeruum ratem eſſe amanti hero ęquum cenſeo.
Vt tolleret ne peſſum eat tanq̃
Imperium herile ediſcat: ut quod non os uelit oculi ſiant.
Quod iubeat citis quadrigis citius properet perſequi.
Qui ea curabit: abſtinebit cenſeo ne bubula.
Nec ſua opera reddet unq̃ in ſplendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiam huius euclionis pauperis:
Eam hero nunc renunciatum eſt nuptum huic megadoro dari.
Is ſpeculatum huc miſit me: ut quę fierent: fier& particeps.
Nunc ſine omni ſuſpicione in ara hic aſſidam ſacra.
Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier.

Euclio ſenex. Strophilus ſeruus.

t V modo caue quicq̃ indicaſſis aurum meum eſſe iſtic fides.
Non metuo ne quiſq̃ inueniat ita ꝓbe in latebris ſitũ eſt.
Edepol ne illic pulchram prędam agat ſiquis illam inuenerit
Aulam onuſtam auri: uerum id te quęſo ut prohibeſſis fides.
Nunc lauabo: ut rem diuinã faciã ne affinem morer.
Quin ubi accerſat me: meam extemplo filiam ducat domum.
Vide fides etiam atq; etiã nunc ſaluã ut aulam abs te auferã.
Tuę fidei concredidi aurum: in tuo luco et fano modo eſt ſitũ.
Str. Di ĩmortales quod ego hunc hominem facinus audio loqui.
Se aulã onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in fano fidei.
Caue tu illi fidelis: quęſo potius fueris q̃ mihi.
Atq; hic pater eſt ut ego opinor huius herus quam amat.
Ibo hinc intro: perſcrutabor fanum ſi inueniam uſpiam:
Aurum. dum hic eſt occupatus: ſed ſi reperero o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeo tibi faciam: uerum ego mihi bibam. ubi id fecero.

Euclio.

n On temere eſt quod coruos cãtant mihi nũc ableua manu.
Semel radebat pedibus terram:et uoce crocitabat ſua.
Continuo meum cor cępit artem facere ludicram
Atq; in pectus emicare:ſed ego ceſſo currere?

Euclio.Strophilus.

Eu. f Oras lumbrice qui ſub terra erepſiſti modo
Qui modo nuſq; comparebas:nunc quũ compares peris.
Ego edepol te pręſtigiator miſeris iam accipiam modis.
Str. Quę te mala crux agitat?quid tibi mecũ eſt cõmercii ſenex?
Quid me afflictas?quid me raptas?qua me cauſa uerberas?
Eu. Verberabiliſſime etiã rogitas non fur:ſed trifur?
Str. Quid tibi ſubripui?Eu.redde huc ſis.Str.qd uis reddã?Eu.rogitas?
Str. Nihil equidem tibi abſtuli.Eu.at illud quod tibi abſtuleras cedo.
Str. Ecquid ais?Eu.quid agam?auferre non potes.Str.quid uis tibi?
Eu. Pone hoc ſcis.aufer cauillam:non ego nunc nugas ago.
Str. Quid ego ponam quin tu eloquere qcquid eſt ſuo nomine?
Non hercle equidẽ quicq̃ ſũpſi nec tetigi.Eu.oſtende huc manuſ.
Str. Hem tibi oſtendi.eccas.Eu.uideo.age oſtende etiam tertiã
Str. Laruę hunc atq; intemperię:inſanięq; agitant ſenem.
Facis ne iniuriam mihi an non?Eu.fateor quia nõ perdo maximã.
Atq; id quoq; iam fiet niſi fatere.Str.quid fatear tibi?
Eu. Quid abſtuliſti hinc?Str.di me perdant ſi ego tui quicq̃ abſtuli.
Ni ue adeo abſtuliſſe uellem.Eu.agedum excute dũ pallium
Str. Tuo arbitratu.Eu.ne inter tunicas habeas.Str.tenta qua lubet.
Eu. Vah ſceleſtus q̃ benigne:ut ne abſtuliſſe intellegã.
Noui.ſicophãtias.age rurſum oſtende huc
Dextrã.Str.hem.Eu.mnc leuã oſtẽde.Str.quin eqdẽ ãbas ꝓfero.
Eu. Iam ſcrutari mitto.redde huc.Str.quid reddam?Eu.ab nugas agis.
Certe habes.Str.habeo ego.qd habeo?Eu.nõ dico audire expetis.
Id meum quicquid habes redde.Str.ĩſanis:perſcrutatus eſ
Tuo arbitratu:neq; tui me quicq̃ inueniſti penes.
Eu. Mane:mane:quis illic eſt?qs hic ĩtus alter erat tecũ ſimul?
Perii hercle:ille nũc intus turbat:hũc ſi amitto:hic abierit:
Poſtremo iã hunc perſcrutaui.hic nihili habet:abi quo lubet.
Iuppiter te diq; perdant.Str.baud male agit gratias.
Eu. Ibo hinc intro:atq; illi ſociẽno tuo iã interſtringã gulã.
Fugin hinc ab oculis?abin hĩc an nõ?Str.abeo.Eu.caue ſi te uideã.

Strophilus.

m Ortuũ ego me mauelim leto malo
Q̃ non ego illi dem hodie inſidias ſeni.

Nam hic iam non audebit aurum abstrudere.
Credo refer& iam secum:& mutabit locum.
Atat foris crepuit:senex eccum aurũ effert foras
Tantisper hic ego ad ianuam concessero.

Euclio.Strophilus.

f Idei censebam maximam multo fidem'
Esse:ea subleuit os mihi penussume.
Ni subueniisset coruus perissem miser.
Nimis hercle ego illum corũum ad me ueniat uelim
Qui indicium fecit:ut ego illi aliquid boni
Dicam.nam quo dedit tãdiu:q̃p perdium:
Nunc hoc ubi abstrudam:cogito solum locum.
Syluani lucus extra murum est aulus
Crebro salicto oppletus:ibi sumam locum:
Certum est syluano potius credam q̃ fidei.
Fuge:fuge:dii me saluom et seruatum uolunt.
Str. Iam ego illuc percurram:atq; inscendã aliquã in arborẽ.
Indeq; obseruabo aurum ubi abstrudat senex.
Quãq̃p hic manere me herus sese iusserat
Certum est malam rẽ potius quęram cum lucro.

Euclio.Liconides adolescens.

Li. d Ixi tibi mater:iuxta rem mecum tenes
Super euclionis filiã.nunc te obsecro
Fac mentionem cum auonculo mater mea.
Resecroq; mater quod dudum obsecraueram.
Eu. Scis tute facta uelle ęque tu uelis:
Et istuc confido fratre me impetrassere
Et causa iusta est.siquidẽ ita est ut prędicas:
Te eam compressisse uinulentum uirginem.
Li. Ego nẽ ut te aduorsum mentiar mater mea?
P. Perii mea nutrix:obsecro te uterus dol&.
Iuno lucina tuam fidẽ.Li.bem mater mea.
Tibi rem potiorẽ uideo:clamat:parturit:
Eu. I hac intro mecum gnate mi ad fratrem meum
Vt istuc quod me oras efficiã tibi.ipetratũ ab eo auferã.
Li. Iam sequor te mater:sed seruum meum
Strobilum miror ubi sit:quẽ ego me iussserã
Illic opperiri:num ego mecum cogito.
Sed mihi dat operam:me illi irasci iniuriũ est.
Ibo intro:ubi de capite meo sunt comitia.

d Itis diuitiis qui aureos montis colunt
Ego ſolus ſupero.nam iſtos reges cęteros
Memorare nolo hominum mendicabula.
Ego ſum ille rex philippus.o lepidum diem.
Nam ut dudū hinc abii:multo illuc adueni prior
Multoq; prius me collocaui in arborem.
Indeq; expectabam aurum ubi abſtrudebat ſenex.
Vbi ille abiit.ego me deorſum duco de arbore.
Exfodio aulam auri plenam.inde ex eo loco
Video recipere ſe ſenem:ille me non uidet
Nam ego modo declinaui paulum me extra uiam.
Atat eccum ipſum:ibo ut hoc condam domum.
Euclio ſenex.Liconides adoleſcens.
p Erii.interii.occidi:quo curram?quo nunc curram?
Tene tene:quē?quis?neſcio.nihil uideo:cęcus eo.atq;
Equidem quo eam:aut ubi ſim:aut qui ſim.
Nequeo cū animo certū iueſtigare.obſecro uoſ ego mihi auxilio
Oro obteſtor ſitis:& hominem demonſtretis qui eam abſtulerit.
Qui ueſtitu & creta occultant ſeſe:atq; ſedent quaſi ſint frugi.
Quid ais tu?tibi credere certū eſt:nā eſſe bonū et uoltu cognoſco.
Quid eſt?quid ridetis?noui omnes:ſcio fures eſſe hic cōplures.
Hem nemo habet borū:occidiſti.dic igitur quis habet.neſcis.
Heu me miſerū miſerū.perii male perditus:peſſime ornatus eo.
Tm gemiti et mali moeſtitię hic dies mihi obtulit famē et paupiē
Perditiſſimus ego ſū omniū in terra.
Nam quid mihi opus eſt uita:qui tantum auri
Perdidi quod cuſtodiui ſedulo.egomet me fraudaui.
Animūq; meū:geniūq; meū:nunc eo alii lętificant
Meo malo & damno.pati nequeo.
Li. Quinā homo hic ante ędis noſtras eiulans:conquerit moerēs?
Atq; hic quidem euclio eſt:ut opinor.oppido ego iterii:palāt res:
Sit pepiſſe iā ut ego opinor filiā ſuā:nec mihi incertū eſt.
Quid agā?abeā:an maneā?an adeā:an fugiā:qd agā edepol neſcio.
Euclio ſenex.Liconides adoleſcens.
q Vis hic loquitur?Li.ego ſū.Eu.imo ego ſum miſer
Et miſere pditus.cui tanta mala:moeſtitudoq; obtigit.
Li. Aīo bono es.Eu.q̄ obſecro pacto eē poſſū?Li.q̄ iſtuc facin? qd tuū
Sollicitat animū id ego feci et fateor.Eu.qd ego ex te audio?
Li. Id quod uey eſt.Eu.quid ego emerui aduleſcens mali?
Quāobrem ut faceres meq; meosq; perditū ires liberos.
Li. Deus mihi impulſor fuit:is me ad illā illexit.Eu.quo modo?

Li. Fateor me peccauiſſe:& me culpã cõmeritũ ſcio:
Id adeo te oratũ aduenio:ut animo ęquo ignoſcas mihi.
Eu. Cur id auſus facere:ut id quod non tuũ eſſet tangeres?
Li. Quid uis fieri?factum eſt illud fieri infectum non poteſt.
Deos credo uoluiſſe:nam ni uellent non fier& ſcio.
Eu. At ego deos credo uoluiſſe ut apud te meĩ neruo enecẽ.
Li. Ne iſtuc dixis.Eu.quid tibi ergo meam meĩuito tactio eſt?
Li. Quia uini uitio atq; amoris feci.Eu.homo audaciſſime.
Cum iſtac in te oratione huc ad me adire auſin ĩpudens?
Nam ſi iſtuc ius eſt ut tu iſtuc excuſare poſſies
Luce clara deripiamus aurum matronis palã.
Poſt id ſi prenſi ſimus excuſemus ebrios
Nos feciſſe amoris cauſa.nimis uileſt uinũ atq; amor.
Si ebrio atq; amanti impune facere quod lubeat lic&.
Li. Quin tibi ultro ſupplicatũ aduenio ob ſtultitiã meam?
Eu. Non mihi homines placent:qui quando malefecerunt purgant.
Tu illã ſcibas non tuã eſſe:non attactam oportuit.
Li. Ergo quia ſum tangere auſus:haud cauſificor quin eam
Ego habeam potiſſimum.Eu.tun habeas me inuito meam?
Li. Haud te inuito poſtulo:ſed meã eſſe oportere arbitror.
Quin tu eam inuenies inq; meã illam eſſe oport& euclio.
Eu. Niſi refers.Li.quid tibi ergo referam?Eu.quod ſubripuiſti meũ.
Li. Iam quidem ad prętorẽ hercle te rapiam:& tibi ſcribã dicã.
Subripio ergo tuũ:unde?aut quid eſt?Eu.ita me amabit iuppiter,
Vt tu neſcis.Li.niſi quidẽ tu mihi quid quęras dixeris.
Eu. Aulam auri inquã te repoſco quam tu confeſſus mihi
Te abſtuliſſe.Li.neq; edepol dixi neq; feci.Eu.negas.
Li. Pernego.ĩmo neq; ego aurum:neq; iſtęc aula quę fiet.
Scio:nec noui.Eu.illam ex ſyluani luco quã abſtuleras cedo.
I refer dimidiam tecum potius partẽ diuidam.
Tametſi fur mihi es:moleſtus non ero furi:refer.
Li. Sanus tu non es:qui furẽ me uoces.ego te euclio
De alia re reſciuiſſe cenſui:quod ad me attin&.
Magna eſt res quã ego tecum ocioſe ſi ociũ eſt cupio loqui.
Eu. Dic bona fide tu id aurum non ſubripuiſti?Li.bona non.
Eu. Iſtuc quoque bona?atque id ſcies quod abſtulerit.
Neque ſcis qui abſtulerit mihi indicabis.Li.faciã.Eu.neque partẽ
Tibi abeo cui eſt indipiſces:neque furẽ excipies.
Li. Ita.Eu.id fallis.Li.tũ me faciat quod uolt magnus iuppiter.
Eu. Sat habeo.age nunc loquere quid uis.Li.ſi me nouiſti minus
Genere quo ſim gnatus.hic mihi eſt megadorus auonculus.

Meus fuit pater antimachus.ego uocor liyconides.
Mater eſt eunomia.Eu.noui genus.nũc qd uis?Li.id uolo
Noſcere.filiã ex te tu habes.Eu.immo ec illã domi.
Li. Iam tu deſpondiſti opinor meo auonculo.Eu.omnẽ rẽ tenes.
Li. Is me nunc renuntiare repudiũ iuſſit tibi.
Eu. Repudiũ rebus paratis:atq; exornatis nuptiis?
Vt illũ di ĩmortales omnes:quantũ eſt perdiunt.
Quẽ propter hodie auri tantum perdidi infelix miſer.
Li. Bono animo es:et bene dice:nunc quę res tibi et gnatę tuę
Bene feliciterq; uortat:ita di faxint.inquito.
Eu. Ita di faciant.Li.& mihi ita di faciant.audi nunc iã
Qui homo culpam admiſit in ſe.nullus eſt tã parui precii
Quin pudeat:quin purget ſeſe:nunc te obteſtor euclio.
Vt quod ego erga te ĩprudens peccaui aut gnatã tuã
Vt mihi ignoſcas:eamq; uxorẽ mihi des ut leges iubeant.
Ego me iniuriam filię feciſſe fateor tuę
Cereris uigiliis p/r uinum atq; impulſu adoleſcentię.
Eu. Hei mihi quod facinus ex te ego audio.Li.curro i uias
Quẽ ego auom feci iam ut eſſes filię nuptiis.
Nam tua gnata peperit decumo menſe poſt.numerũ cape:
Ea re repudium remiſit auonculus cauſa mea.
Intro exquire ſit ne ita ut ego prędico.Eu.perii opido
Ita mihi ad malum malę res plurimę ſe adglutinant.
Ibo intro ut quid huius ne ſit ſciam.Li. iam te ſequor.
Hęc propemodum iam eſſe in uado ſalutis res uidetur.
Hunc ſeruum eſſe ubi dicam meum ſtrobilum:non reperio
Niſi etiã hic opperiar tamẽ pauliſper:poſtea intro hũc ſubſequar.
Nunc interi ſpacium ei dabo exquirendi.
Meũ factũ ex gnatę pediſſequa nutrice an uera nouit.

Strophilus.Liconides.

d Ii immortales quibus et quãtis me donatis gaudiis.
Quadrilibrẽ aulam auro onuſtã habeo?quis me eſt diuitior?
Quis me athenis nunc magis quiſq; eſt homo cui dii ſint ꝓpitii?
Certo enim ego uocẽ hic loquentis modo me audire uiſus ſũ.
Hey ne ego aſpicio meum?Li.uideo ego nũc ſtrobilũ ſeruũ meũ?
Str. Ipſus eſt.Li.haud aliud eſt.Str.cõgrediar.Li.cõtollã gradũ.
Credo ego illum ut iuſſi eampſe anũ adiſſe huius nutricẽ uirgis.
Str. Quin ego illũ inueniſſe dico hanc prędã atq; eloquar.
Igit orabo ut manu me mittat:ibo atq; eloquar.
Repperi.Li.quid repperiſti?Str.nõ quod pueri clamitant
In faba ſe repperiſſe.Li.iamne autẽ ut ſoles deluſis?

Str. Here mane:eloquar:iam auſcultа.
Li. Age ergo loquere.Str.repperi hodie here diuitias nimias.
Li. Vbi nam?Str.quadrilibrẽ inquã aulam auri plenam.
Li. Quod ego facinus audio ex te?Str.euclioni huic ſeni ſubripui.
Li. Vbi id aurum?Str.in arca apud me:nunc uolo me emitti manu.
Li. Ego ne te emittam manu ſcelerũ cumulatiſſime?
Str. Abi here:ſcio quam rem geras.
Lepide hercle animũ tuũ tentaui:iam ut eriperes apparabas.
Quid faceres ſi repperiſſem?Li.non potes probaſſe nugas.
I redde aurum.Str.reddam ego aurum?Li.redde inquã.
Vt huic reddatur.Str.ab unde?
Li. Quod mõ faſſus es eſſe in arca.Str.ſoleo hercle ego garrire nugas.
Ita loquor.Li.at ſcin quomodo?Str.uel hercle enica.
Nunq̃ hinc feres a me. Imperfecta fabula.

Captiui duo. Comoedia quarta.

c Aptus eſt in pugna egionis filius
Alium quadrimũ fugiens ſeruus uendidit
Pater captiuos cõmercatur alioſ.
Tantum ſtudens ut natum recuper&.
Et mihi emit olim amiſſum filium.
Is ſuo cum domino ueſte uerſa ac nomine
Vt amittatur fecit.ipſus plectitur.
Et is reduxit captum & fugitiuum ſimul
Indicio cuius alium agnoſcit filium.

Prologus.

u Os quos uidetis ſtare hic captiuos duos.
Illi qui ſtant: hi ſtant ambo:non ſedent.
Hos:uos mihi teſtes me uerum loqui:
Senex qui hic habitat egio eſt huius pater.
Sed is quo pacto ſeruiat ſuo ſibi patri:
Id ego hic apud uos proloquar ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo:
Alterum quadrimum puerum ſeruus ſubrupuit.
Eumq; hinc profugiens uendidit in aulide.
Patri huiuſce:iam hoc tenetis?optumum eſt.
Negat hercle ille ultimus:accedito.
Si non ubi ſedeas locus eſt:eſt ubi ambules.
Quando biſtrionem cogis mendicarier
Ego me tua cauſa ne erres non rupturus ſum

Vos qui potestis ope uestra censerier
Accipite reliquom. alieno uti nihil moror.
Fugitiuus ille ut dixeram ante huius patri
Domo quem profugiens dominum abstulerat uendidit.
Hic postꝙ hunc emit dedit eum huic gnato suo.
Peculiarem: quia quasi una ętas erat.
Hic nunc domi seruit suo patri: nec scit pater
Est uero dinos: quasi pilas homines habent.
Rationem habetis quo modo unum amiserit.
Postꝙ belligerant ętoli cum aulidis
Vt fit in bello capitur alter filius.
Medicus menarcus emit ibidem in aulide
Coepit captiuos cõmercari hic alios.
Si quem reperire posset cũ quo mutet suum.
Illum captiuom hunc suum esse nescit qui domist.
Et quoniam heri inde audiuit de sũmo loco.
Summoq; genere captum equitem alium.
Nihil precio parsit filio dum parceret.
Reconciliare ut facilius posset domum.
Emit hosce de pręda: ambos de quęstoribus
Hisce autem inter sese confinxerunt dolum
Quo pacto hic seruus suum herum hinc amittat domum.
Itaq; inter se cõmutant uestem et nomina.
Illic uocatur philocrates: hic tyndarus.
Huius illic: hic illius: hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
Et suum herum faciet libertatis compotem.
Eodemq; pacto fratrem seruauit suum.
Reducemq; faciet liberum in patriam ad patrem.
Imprudens. itidem & sępe iam in multis locis
Plus insciens quid fecit: ꝙ prudens boni.
Sed inscientes sua sibi fallacia
Ita compararunt & confinxerunt dolum.
Itaq; hi cõmenti de sua sententia.
Vt in seruitute hic ad suum maneat patrem.
Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri
Homunculi quanti sunt quum recogito!
Hęc res agetur nobis: uobis fabula.
Sed etiam est paucis uos quod monitos uoluerim.
Profecto expediet fabulę huic operam dare
Non pertractare facta est: neq; item ut cętere.

Neq; ſpurcidici inſunt uerſus ímemorabiles.
Hic neq; periurus leno eſt:nec meretrix mala:
Neq; miles glorioſus:eſſe ne uereamini
Quia bellum ętolis dixi cum aulidis.
Foris illic extra ſcenam fient proelia
Nam hoc pene in quomſt comico coragio
Conari de ſubitontos agere tragoediam.
Proin ſiquis pugnam expetat lites contrahat
Valentiorem nactus aduerſarium.
Si erit ego faciam ut pugnam inſpectet non bonam.
Adeo ut ſpectare poſtea omnis oderit.
Abeo.ualete iudices iuſtiſſimi
Domi:belliq; duellatores optimi.

Paraſitus.

i Vuentus nomen indidit ſcorto mibi.
Eo quia inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.
Scio abſurde dictum hoc deriſores dicere.
At ego dico recte:nam ſcortum in conuiuio.
Sibi amator talos quum iacit inuocat.
Eſt ne inuocatum an non? planiſſume.
Verum hercle uerum nos paraſiti planius
Quos nunq̄ quiſq̄ neq; uocat:neq; inuocat
Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum.
Vbi res prolatę ſunt quum rus homines eunt.
Simul prolatę res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi quum caletur cocleę in occulto latent.
Suo ſibi ſuco uiuont:ros ſi non cadit.
Item paraſiti rebus prolatis latent.
In occulto miſeri uictitant ſuco ſuo.
Dum ruri rurant homines:quos liguriant.
Prolatis rebus paraſiti uenatici canes
Sumus:quando res redierunt moloſſici.
Odioſiciq;:& multum incommodeſtici
Et hic quidem hercle niſi qui colaphos perpeti
Poteſt paraſitus:frangique aulas in caput.
Vel ire extra portam trigeminam ad ſacculum licet.
Quod mihi ne eueniat nōnullum periculum eſt.
Nam poſtq̄ meus rex eſt potitus hoſtium.
Ita nunc belligerant ętoli cum aulidis.
Nam ętolia hęc eſt.illic eſt captus in aulide.
Philopolemus huius egionis filius.

Senis qui hic habitat: quę ędes lamentarię
Mihi sunt: quas quotiensc̃ũq; conspicio: fleo.
Nunc hic occepit quęstum hunc filii gratia.
In bonestum: et maxime alienum ingenio suo.
Homines captiuos cõmercatur: si queat
Aliquem inuenire suum quicum mut& filium.
Nunc ad eum pergam: sed aperitur bostium
Vnde saturitate sępe ego exii febrius.

Egio senex. Ergasilus. Parasitus. Lorarius.

E. a Duorte animum scis tu istos captiuos duos
Heri quos emi de pręda de quęstoribus.
His indito cathenas singularias
Istas maiores quibus sunt uincti demitto.
Sinito ambulare si foris si intus uolent.
Sed uti adseruentur magna diligentia.
Liber captiuus auis fere consimilis est.
Semel fugiendi si data est occasio:
Satis est. nnnq̃ post illam possis prendere:
Omnes profecto liberi libentius
Sumus: q̃ seruimus. Lo. non uidere ita tu quidem
Si non est quod dem: mene uis dem ipse impedes?
Se. Si dederis: erit extemplo mihi quod dem tibi.
Lo. Auis me fere consimilem faciã ut prędixisti.
Se. Ita ut dicis: nam si faxis te in caueam dabo.
Sed satis uerborum est. cura quę iussi: atq; abi.
Pa. Quod quidem ego nimis q̃ cupio ut imperet.
Nam ni illum recipiat: nihil est quo me recipiam.
Nulla est spes iuuentutis: sese omnis amant.
Ille demum antiquis est adulescens moribus
Cuius nunq̃ uoltum tranquillauit gratus.
Condigne pater est eius moratus moribus.
Se. Ego ibo ad fratrem: ad alios captiuos meos.
Visam ne nocte hac quippiam turbauerint.
Inde me continuo recipiam rursum domum.
Pa. Aegre est mihi hunc facere quęstum carcerarium
Propter sui gnati miseriam miserum senem.
Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest
Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Se. Quis hic loquitur? P. ego qui tuo moerore maceror
Macesco: consenesco: & tabesco miser.
Ossa: atq; pellis ut miser macritudine.

Neq; unq̃ quicq̃ me iuuat: quod edo domi
Foribus aliquantulum etiam quod gusto id beat.
Se. Ergasile salue. Er. di te bene ament egio.
Ne fle. Se. ego ne illum fleam? ego me non defleam
Talem adulescentem? semper sensi filio
Meo te esse amicum: & illum intellexi tibi.
Tum deniq; homines nostra intelligimus bona
Quum quę in potestate habuimus: ea amisimus.
Er. Ego postq̃ gnatus tuus potitus est hostium
Expertus quanti fuerit nunc desidero.
Se. Alienus quum eius incommodum tam ęgre feras
Quid me patrem par facereſt cui ille est unicus.
Er. Alienus ego? alienus ille? ab egio
Nunq̃ istuc dixis: neq; animum induxis tuum.
Tibi ille unicus est: mihi etiam unico magis unicus.
Se. Laudo malum quum amici tuum ducis malum.
Nunc habe bonum animum. Pa. heu. Se. huic illud dolet:
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
P. Nullumne interea nactus qui posset tibi
Remissum quem dixti imperare exercitum.
S. Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.
P. Quod obtigerat: postq̃ captus philopolemus tuus.
S. Non pol mirandum est fugitare hanc prouinciam.
P. Multis & multigeneribus opust tibi
Militibus. primo dum opus est pistorẽsibus
Eorum sunt aliquot genera pistorensium.
Opus paniceis est: opus placentinis quoq;
Opus turdetanis: opust ficedulẽsibus.
Iam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
S. Vt sępe summa ingenia in occulto latent.
Hic qualis imperator nunc priuatus est.
Habe modo bonum animum: nam illum confido domũ.
In his diebus me reconciliascere.
Nam eccum hic captiuum adulescentem alium
Prognatum genere summo & summis diuitiis.
Hoc illum me mutare confido fore.
P. Ita di deęque faxint. S. sed num quo foras
Vocatus ad coenam? nusq̃ quod sciam.
Sed quiddum id quęris? quia mihi est natalis dies.
Propterea te uocari ad coenam uolo.
P. Facete dictum. S. sed si pauxillum potes

Contentus esse. P. ne per pauxillum modo
Nam istoc me assiduo victu delecto domi.
S. Agesis roga: emptum nisi quis meliorem adferet
Quę mibi: atq; amicis placeat conditio magis
Quasi fundum uendam: meis me addicam legibus.
P. Pro fundum uendis. S. tu quidem haud fundum mibi
Sed si uenturus: tempori. P. ęmulis iam ocium est.
S. I modo: uenare leporem: nunc itym tenes.
P. Non meus scrupos am uictus cõmeat uiam.
S. Nunq̃ istoc uinces me egio: ne postules.
Cum calceatis dentibus ueniam tamen.
S. Asper meus uictus sane est: sentis ne: hęsitas
Terrestris coena est. P. sus terrestris bestia est.
S. Multis oleribus. P. curato ęgrotos domi.
Num quid uis? S. uenias tempori. P. memorem mones.
S. Ibo intro: atq; intus subducam ratiunculam.
Quantulum argenti mibi apud trapezitam siet
Ad fratrem quo ire dixeram: mox iero.

Lorarius. Philocrates. Tindarus. Captiui.

L. d Iimortales id uoluerunt uos banc ęrumnã exequi
Dec& id pati animo ęquo: si id facietis leuior labos erit.
Domi fuistis credo liberi.
Nunc seruitis si euenit: ei uos morigerari mos bonust.
Eamq; & berili imperio ingeniis uostris leuem reddere.
Indigna digna babenda sunt berus quę facit. Ca. obobob.
L. Eiulatione baud opus est multa. oculis multa mira dicis
In re mala animo si bono utare adiuuat.
Ca. At nos pudet quia cum catbenis sumus. L. at pigeat postea
Nostrum berum: si uos eximat uinculis:
Aut solutos sinatq;: quos argento emerit.
Ca. Quid a nobis metuit? scimus nos.
Nostrum officium quod est si solutos sinat.
L. At fugam fingitis: sentio quam rem agitis.
Ca. Nos fugiamus? quo fugiamus? L. in patriam. Ca. apage
Haud nos deceat fugitiuos imitari. L. imo edepol.
Si erit occasio baud debortor.
Ca. Vnum exorare uos sinite nos. L. quidnã id est? Ca. ut sine bisce
Arbitris: atq; uobis nobis detis locum loquendi.
L. Fiat. abscedite bic. nos cõcedamus buc: sed breuẽ orationẽ ĩcipesse.
P. Hem istuc certum erat. concede buc. Lo. abite: abistis.
T. Obnoxii ambo uobis sumus propter bãc rẽ: quũ quę uolumus nos

Copia eſt ea facitis nos compotes.
Secede huc nunc iam ſi uidetur procul
Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant
Ne ue perman& palam hęc noſtra fallacia.
Nam doli non doli ſunt ni aſtu colas.
Sed malum maximum ſi id palam prouenit.
Nam ſi herus mihi es tu:atq; ego me tuũ eſſe ſeruũ aſſimulo.
Tamen uiſo opuſt:cauto eſt opus:ut hoc ſobrie ſineq; arbitris
Accurate hoc agatur:docte & diligẽter.
Tanta incepta res eſt:haud ſomniculoſe hoc
Agendũ eſt.T.ero ut me uoles eſſe.P.ſpero.
Nam tu nunc uides pro tuo caro capite
Carum offerre meum caput uilitati.
T. Scio.P.at ſcire memento quando id quod uoles habebis.
Nã fere maxima pars morẽ hunc homines habẽt:quod ſibi uolũt
Dum id ĩpetrant boni ſunt:ſed id ubi iã penes ſeſe habẽt
Ex bonis peſſimi & fraudolẽtiſſimi
Sunt.nunc ut mihi te uolo eſſe autumo.
Quod tibi ſuadeã:ſuadeã meo patri.
Pol ego ſi te audeã meum patrẽ nominem:
Nam ſecundũ patrẽ tu es pater proximus.
T. Audio.P.& propterea ſępius te ut memineris moneo:
Nõ ego herus tibi:ſed ſeruus ſũ:nũc obſecro te hoc unũ
Quoniã nobis di ĩmortales animũ oſtẽderunt ſuũ.
Vt qui hęc me tibi fuiſſe atq; eſſe nunc cõſeruũ uelint:
Quod ante hac ꝑ iure ĩperitabã modo:nunc te oro ꝑ precẽ:
Per fortunã incertã:& ꝑ mei te erga bonitatẽ patris:
Perq; cõſeruitiũ cõmune:quod hoſtica euenit manu
Ne me ſecus honore boneſtes:ꝙ ego te quũ ſeruiebas mihi:
Atq; qui fueris:& qui nũc ſis meminiſſe ut memineris.
T. Scio quidẽ me te eſſe nunc:& te eſſe me.P.hem iſtuc ſi potes
Memoriter memĩſſe ineſt ſpes nobis ĩ hac aſtutia.

Egio ſenex.Philocrates.Tindarus.

Eg. i Am ego reuertar ĩtro ſi ex his quę uolo exquiſiuero
Vbi ſũt iſti quos ante ędis iuſſi huc ꝑduci
Foras?P.edepol tibi ne quęſtioni eſſemus:cautũ ĩtellego
Ita uinclis:cuſtodiisq; circũmoniti ſumus.
Eg. Qui cau& ne decipiat᷑:uix cau& quũ etiam cau&.
Etiã quũ cauiſſe ratus eſt:ſępe is cautor captus eſt.
An uero non iuſta cauſa eſt:ut uoſ ſeruẽ ſędulo:
Quos tã grãdi ſim mercatus prędenti pecunia?

Ph. Neq; pol tibi nos quia nos ſeruas ęquũ ſtultitię uertere.
Neq; te nobis ſi abeamus binc:ſi fuat occaſio.
Eg. Vt uos hic:itidẽ illic apud uos meus ſeruat᷑ filius.
Ph. Captus eſt?Eg ita.Ph.nõ igit᷑ nos ſoli ignaui ſumus.
Eg. Secede huc:nã ſunt quę ex te ſolo ſcitari uolo
Quax rex te falſiloquũ mibi eſſe nolo.Ph.nõ ero
Quod ſciam.ſi quod neſciui id neſcium tradã tibi.
Eg. Nunc ſenex eſt in tonſtrina:nunc iã cultros attinet.
Ne id quidẽ ĩ uolucre iniicere uoluit ueſtẽ:ut ne ĩquinet.
Sed utrũ ſtricti ne ad tonſutũ dicã eſſe:an per pectinẽ.
Ph. Neſcio:uex ſi frugi eſt uſq; admutilabit ꝓbe.
Eg. Quid tu ſeruus ne eſſe an liber mauelis?memora mihi.
Ph. Proximũ quod ſit bonũ:quodq; a malo lõgiſſime
Id uolo.q̃q̃ non multũ fuit moleſta ſeruitus.
Nec mihi ſecus erat:ꝙ ſi eſſem familiaris filius.
Eg. Euge pol thalẽ talento non emam mileſiũ.
Nam ad ſapiẽtiã huius nimius nugator fuit
Vt facete orationẽ ad ſeruitutẽ cõtulit.
Quo de genere natuſt illic philocrates?Ph.polyplusio.
Quod genus illic eſt unũ pollens atq; honoratuſſumũ.
Eg. Quid ipſus hic quo honore eſt illic Ph.ſũmo atq; ab ſũmis uiris.
Eg. Tum igit᷑ ei quum in aliis tanta gratia eſt ut prędicas
Quid diuitię?ſunt ne optumę?Ph.unde excoquat ſęuum ſenex.
Eg. Quid pater uiuit ne?Ph.uiuum quũ inde abiimus liquimus.
Nunc uiuat nec ne id orcum ſcire oportet ſcilic&.
Eg. Salua res eſt:philoſophat᷑ quoq; iam nõ mẽdax modo eſt.
Quod erat ei nomen.Ph.thęſauro chryſonico cryſides.
Eg. Videlic& propter diuitias ĩditum id nomẽ quaſi eſt.
Ph. Immo edepol ꝓpter auaritiã ipſius atq; audaciã.
Nam illi quidẽ theodoromedes fuit germano nomine.
Eg. Quid tu ais?tenax ne pater eſt eius?Ph.ĩmo edepol pertinax.
Quin etiam ut magis noſcas genio ſuo ubi quando ſacrificat
Ad rẽ diuinã quibus eſt opus ſamiis uaſis utit᷑
Ne ipſe genius ſurripiat:ꝓinde aliis credat uide.
Eg. Sequere hac me igit᷑:eadẽ ego ex hoc quę uolo exquiſiuero.
Philocrates hic fecit hominẽ frugi ut facere oportuit.
Nã ego ex hoc quo genere natus ſcio ſis:hic faſſus eſt mihi.
Hęc tu eadẽ ſi cõfiteri uis tua re feceris
Quę tamẽ ſcito ſcire me ex hoc.T.fecit officium hic ſuum.
Quum tibi eſt cõfeſſus quẽ uolui ſędulo:
Meam nobilitatẽ occultare & genus & diuitias meas.

Egio nunc quando patriã et libertatẽ perdidi:
Non ego iſtunc me potius ꝙ te metuere ęquũ cenſeo.
Vis boſtilis cum iſtoc fecit meas opes ęquabiles.
Memini quum dicto haud audebat facto nunc lędat lic&.
Sed uiden. fortuna humana fingit artatq; ut lub&.
Me qui liber fuerã ſeruom fecit:e ſummo infimum.
Qui imperare ınſueram:nunc alterius imperio obſequor.
Equidem ſi proinde ut ipſe fui imperator familię
Habeam dominum non uerear:ne iniuſte aut grauiter mibi ip&.
Egio boc te monitum niſi forte ipſe nõ uis uoluerã.
Eg. Loquere audacter. T. tã ego fui ante liber ꝙ gnatus tuus.
Tam mibi ꝙ illi libertatẽ boſtilis eripuit manus.
Tã ille apud nos ſeruit:ꝙ ego nunc bic apud te ſeruio.
Eſt ꝓfecto deus:qui quę nos gerimus auditq; & uid&.
Is uti tu me bic habueris: ꝓinde illũ illic curauerit.
Bene merenti bene ꝓfuerit:male merenti par erit.
Q3 tu filium tuum:tam pater me meus deſiderat.
Eg. Memini ego iſtoc:ſed faterin eadem quę bic faſſus eſt mibi?
T. Ego patri meo eſſe fateor ſummas diuitias domi.
Meq; ſummo genere gnatum:ſed te obteſtor egio:
Ne tuũ animũ auariorẽ faxint diuitię meę.
Ne patri tame&ſi unicus ſum decere uideat magis
Me ſaturum ſeruire apud te ſũptu & ueſtitu tuo.
Potius ꝙ illic ubi minime boneſtuſt mẽdicantẽ uiuere.
Ego uirtute deũ & maioꝝ noſtrũ diues ſũ ſatis.
Eg. Nõ ego omnino lucrũ omne eſſe utile homini exiſtimo.
Scio ego multos iam lucrũ luculẽtos homines reddidit.
Eſt etiã ubi ꝓfecto damnum prętet facere ꝙ lucrũ.
Odi ego auꝝ:multa multis ſępe ſuaſit perperã.
Nunc boc animũaduortite:ut ea quę ſentio pariter ſciatis.
Filius meus illic apud uos ſeruit captus aulide:
Eũ ſi reddis mibi prętera unum nũmũ ne duis.
Et te & bunc amittã binc:alio pacto abire nõ potes.
T. Optimũ:atq; ęquiſſimũ oras:optumusq; hominũ es homo.
Sed is priuatã ſeruitutẽ ſeruit illic:an publicã?
Fg. Priuatã medici menarchi. T. pol bic qdẽ buius eſt cliẽs:
Tam boc quidẽ tibi in ꝓcliui:q3 imber eſt quando ꝓluit.
Eg. Fac is homo ut redimat. T. faciã:ſed te id oro egio.
Eg. Quid uis dũ ab re ne qd ores faciã. T. auſculta. tu ſcies.
Ego me amitti donicum ille buc redierit nõ poſtulo.
Veꝝ te quęſo ut ęſtimatum bunc mibi des quẽ mittã ad patrẽ.

Vt is homo redimat illic. Eg. immo aliũ potius misero
Hinc ubi erunt indutię: illuc tuũ qui cõueniat patrẽ:
Qui tua quę tu iusseris mandata ita ut uelis ꝑferat.
T. At nihil est ignotũ ad illũ mittere: operã luseris.
Hunc mitte. hic omne transactũ reddet si illuc uenerit:
Nec quẽq̃ fideliorẽ: neq; cui plus credat potes
Mittere ad eũ: ne qui magis sit seruus ex sententia.
Neq; adeo quoi suũ concredat filium hodie audacius.
Ne uereare meo periclo: huius ego experiar uicẽ. fidẽ.
Fretus ingenio eius: q̃ me esse scit erga sese beniuolũ.
Eg. Mittã equidẽ istũ ęstimatũ tua fide si uis. T. uolo.
Q̃ citissime potest tam hoc cedere ad factum uolo.
Eg. Num quę causa est. quin si ille huc non redeat uiginti minas
Mihi des ꝑ illo? T. optume imo. Eg. soluite istũ nunc iã
Atq; utrunq;. T. di tibi omnis omnia optata ferant.
Quum me tanto honore honestas: quumq; ex uiclis eximis.
Hoc quidẽ haud molestũ st iã q̃ collus collaria car&.
Quod bonis benefit beneficium. gratia ea grauida est bonis.
Eg. Nunc tu illum si illo es missurus dice: demõstra: pręcipe:
Quę ad patrẽ uis nunciari: uin uocẽ huc ad te? T. uoca.

Egio. Phílocrates. Tindarus.

Eg. q Vę res bene uortat mihi meoq; filio:
Vobis quę uolt te nouus herus operã dare.
Tuo ueteri domino: quod is uelit fideliter.
Nam ego te ęstumatum huic dedi uigíti minis
Hic autẽ te ait mittere hinc uelle ad patrẽ
Meum ut illic redimat filium mutatio
Inter me atq; illum ut nostris fiat filiis.
Ph. Vtroq; uorsum rectũst ingenium meum
Ad te atq; ad illum ꝑ rota me uti lic&.
Vel ego huc uel illuc uortar: quo imperabitis.
Eg. Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimum
Quum seruitutem ita fers ut ferri dec&.
Sequere. en tibi hominẽ. T. gratiam habeo tibi.
Quum copiam istam mihi & potestatem facis.
Vt ego ad parentes hunc remittã nuncium.
Qui me quid reę agitem: & quid fieri uelim.
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me atq; hunc tindare
Vt te ęstimatum in aulidem mittam ad patrem.
Si non reditas huc ut uigíti minas

Dem ꝑ te.Ph. recte cõueniſſe ſentio.
Nam pater expectat aut me aut aliquẽ nunciũ.
Qui hinc ad ſe ueniat. T.ego animũ aduortas uolo
Quę nunciare hinc te uolo ĩ patriã ad patrẽ
Philocrates.Ph.ut adhuc locoꝝ feci faciã ſędulo:
Vt potiſſimũ quod in rẽ recte conducat tuã.
Id petã id perſequarq; corde & animo:atq; uiribus.
T. Facis ita ut te facere oport&:nunc animũ aduortas uolo.
Omniũ primũ ſalutẽ dicito matri & patri
Et cognatis:& quẽ aliũ beneuolentẽ uideris.
Me hic ualere et ſeruitutẽ ſeruire huic homini optumo:
Qui me honeſtiorem honore ſemper fecit & facit.
Ph. Iſtuc nõ prędipias: facile memoria memini. T.tamẽ.
Nam quidẽ niſi ꝙ cuſtodẽ habeo liberum me eſſe arbitror.
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio.Ph.quę memini mora mera eſt monerier
Vt eum redimat:& remittat huc noſtrum amboꝝ uicem.
Meminero.Eg.at q̃primum poteris:iſtuc in rẽ utriqueſt maxime.
Ph. Non tuum tu magis uidere:q̃ ille ſuum gnatum cupit.
Eg. Meus mihi:ſuus cuiq; eſt carus.Ph.nũ quid aliud uis patri nũciari?
T. Me hic ualere:& tu te audacter dicito tindare inter nos fuiſſe
Ingenio haud diſcordabili:neq; te cõmeruiſſe culpã:
Neq; me aduorſatũ tibi beneque hero geſſiſſe morem.
In tantis ęrumnis tamẽ neque me unq̃ deſeruiſſe te
Neq; factis:neque fide rebus ĩ dubiis egenis:hoc pater quãdo ſci&
Tindare ut fueris animatus erga ſuum gnatũ:atq; ſe:
Nunq̃ erit tam auarus quin te gratus emittat manu.
Et mea opera ſi hinc redibo faciã ut faciat facilius.
Nam tua opera & comitate:& uirtute et ſapiẽtia
Feciſti ut redire liceat ad parẽtis denuo.
Quum apud hunc confeſſus es et genus et diuitias meas.
Quo pacto emiſiſti e uinculis tuũ beꝝ tua ſapientia.
Ph. Feci ego iſta ut cõmemoras et te meminiſſe id gratũ eſt mihi:
Merito tibi ea euenerunt a me:nam nũc philocrates
Si ego itẽ memorẽ quę me erga multa feciſti bene
Nox diẽ adimat.nam ſi ſeruus meus eſſes nihilo ſecius
Mihi obſequioſus ſemper fuiſti.Eg.di ueſtrã fidẽ. hominũ ĩgeniũ
Liberale.ut lachrymas excutiunt mihi.uideas corde
Amare inter ſe.quantis laudibus ſuum beꝝ ſeruus
Collaudauit.Ph.pol iſtic me haud cẽteſimã partẽ
Laudat:quã ipſe meritus eſt ut laudet laudibus.

Eg. Ergo quum optume feciſti:nunc adeſt occaſio:
Benefacta cumulare:ut erga hunc rẽ geras fideliter.
Pb. Magis non factum poſſum uelle:q̃ opera experiar perſequi
Id ut ſcias iouẽ ſupremũ teſtem do egio.
Me infidelẽ non futurum philocrati.Eg.ꝑbus es homo.
Pb. Nec me ſecus unq̃ ei factuꝝ quicq̃:q̃ memet mihi.
T. Iſtęc dicta te experiri & opera et factis uolo.
Et quod minus dixi q̃ uolui de te animũaduortas uolo.
Atq; boꝝ uerboꝝ cauſa caueto mihi iratus fuas:
Sed te quęſo cogitato.hinc te mea fide mitti domũ
Te ęſtimatũ:& meam eſſe uitã hic ꝑ te poſitã pignori.
Ne tu me ignores:quũ extẽplo meo e cõſpectu abſceſſeris:
Quũ me ſeruom in ſeruitute ꝑ te hic reliqueriſ:
Tuq; te ꝑ libero eſſe pignus deſeras.
Atq; des operã ꝑ me:ut huius reducẽ facias filiũ.
Scito te minis uigĩti eſtumatũ mittier.
Fac fidelis ſis fideli:caue fidẽ fluxã geras.
Nam pater ſcio faci& quę illũ facere oport& omnia.
Serua tibi ĩ perpetuũ amicum me:atq; hunc ĩuẽtum inueni.
Hęc per dexterã tuã te dextera retinens manu:
Obſecro infidelior mihi ne fuas q̃ ego ſum tibi.
Tu hoc age.mihi berus nunc es:tu patronus:tu pater.
Tibi cõmendo ſpes opeſq; meas.Pb.mandauiſti ſatis.
Satin habes mandata quę ſunt facta ſi refero?T.ſatis.
Pb. Et tua huc ornatus reueniã ex ſententia?
Nũquid aliud?T.ut q̃primum poſſis redeas.Pb.res mon&.
Eg. Seq̃re me uiaticum ut dem a trapezita tibi.
Eadẽ opera a prętore ſumas ſyngraphum.T.quẽ ſyngraphũ?
Eg. Quẽ hic ferat ſecum ad legionem hinc ire huic ut liceat domũ
Tu intro abi.T.bene ãbulato.Pb.bene uale.Eg.edepol rẽ meã
Conſtabiliui quũ illos emi de pręda a quęſtoribus.
Expediui ex ſeruitute filiũ ſi dis placet.
Ac etiã dubitaui hos boſes emerẽ an nõ emerẽ diu.
Seruate iſtum ſultis intus ſerui:ne quoq̃ pedẽ.
Efferat ſine cuſtode.ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captiuos alios ĩuiſo meos.
Eadem percontabor ecquis adoleſcentẽ nouerit?
Sequere te ut amittã ei rei primum pręuorti uolo.

Paraſitus.

m Iſer homo eſt qui ipſe ſibi quod edit quęrit:et id ęgre ĩuenit.
Sed ille eſt miſerior:q et ęgre quęrit:et nihil ĩuenit.

Ille miſerrimus eſt q quum eſſe cupit:quod edat:nō habet.
Nam hercle huic diei ſi liceat oculos effodiā libēs.
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neq; ieiunioſiorē:neq; magis effractum fame
Vidi:ne cui minus ꝓcedat quicquid facere occeperit.
Itaq; uēter:gutturq; reſident eſuriales ferias
Lic& paraſiticę arti maximā malā crucē.
Ita iuuētus iā ridiculos:inopesq; ab ſeſe ſegregat.
Nihil morant᷑ iam lacones imi ſubſelii uiros
Plagipatidas:quibus ſunt uerba ſine penu & pecunia:᷑
Eos requirunt qui libenter quū ederint reddant domi.
Lęſi obſonant quę paraſito⁊ ante erat ꝓuincia.
Ipſi de foro tā operto capite ad lenones eunt.
Q᷒ in tribu operto capite ſontes cōdēnant reos.
Neq; ridiculos tā terrunci faciūt:ſeſe omnes amāt.
Nā ut dudū binc abii acceſſi ad adoleſcētes ī foro.
Saluete īquā.quo imus una inq᷒ ad prādiū!atq; illi tacēt.
Quis ait hoc!aut q s ꝓfitet᷑ inꝯ!quaſi muti ſilent
Neq; me ridēt.ubi coenamus inꝯ!atq; illi abnuunt
Dico unū ridiculū dictū de dictis melioribus.
Quibus ſolebā meſtruales epulas ante adipiſcier.
Nemo rid&.ſciui extēplo rē de cōpacto geri.
Ne canē quidē irritatā uoluit quiſq; imitarier.
Saltē ſi nō arriderent dentes ut reſtrīgerent.
Abeo ab illis:poſtq᷒ uideo me ſic ludificarier.
Pergo ad alios:uenio ad alios:deinde ad alios:una res
Omnes cōpacto rem agunt:quaſi ī uelabro olearii
Nunc redeo inde quū me ibi uideo ludificarier.
Itē alii paraſiti fruſtra obābulabant ī foro.
Nunc barbarica lege certūſt ius meū omne ꝓſequi
Qui cōciliū iniere quo nos uictu & uita ꝓhibeāt.
His diē dicā.irrogabo multā:ut mihi coenas decē
Meo arbitratu dent:quū cara ānona ſit:ſic egero.
Nunc ibo ad portū binc:eſt illic mihi una ſpes coenatica.
Si ea decollabit.redibo huc ad ſenē ad coenā aſperam.

Egio.

q Vidē ſuauiuſq᷒ bene rē gerere bono publico ſicut ego feci heri!
Quum emi boſce homines!ubi quiſq; uidēt:eūt obuiā.
Gratulant᷑q; eā rē:ita me miſe⁊ reſtitando:
Retinēdoq; laſſum reddiderunt.
Vix ex gratulando miſer iam eminebam.

Tandē abii ad prętorem:ibi uix requieui.
Rogo ſyngraphum.datť mihi illico de tyndaro:ille abiit domū.
Inde illico pręuortor domū:poſtꝙ id actū eſt:
Eo ꝓtinus ad fratrē:inde abii.mei ubi ſūt alii captiui:
Rogo.philocratē ex aulide ecquis omniū
Nouerit:hic exclamat eū ſibi eſſe ſodalē.
Dico eū eſſe apud me.hic extēplo orat:obſecratq;
Eum ſibi ut liceat uidere:iuſſi illico hunc exolui:nūc tu ſeqre me.
Vt quod me orauiſti ípetres:eū hominē ut cōuenias.

Tindarus.

n Vnc illud eſt quū me fuiſſe ꝙ eſſe nemo maueli.
Nunc ſpes: opes:auxiliaq;:a me ſegregāt:ſpnūtq; me.
Hic ille eſt dies:quū nulla uitę meę ſalus ſperabilis ē mecū
Neq; exilium exitio eſt:neq; a deo ſpes quę mihi hunc aſpellat.
Nec mendaciiſ:ſubdolis mihi uſꝙ mantellū ē meis.
Nec ſycophantiis:nec fucis ullū mātellum obuiā ē.
Neq; precatio pfidiis meis:nec malefactis fuga eſt.
Nec cōfidētię uſꝙ hoſpitium eſt:nec diuerticulum dolis.
Operta quę fuere aperta ſunt:patent pręſtigię.
Omnis res palam eſt:neq; de hac re negocium eſt.
Quin male occidam:oppetamq; peſtē:heri uicē meāque.
Perditiq; me ariſtophontes hic qui uenit modo ítro.
Is me nouit:is ſodalis philocrati et cognatus eſt.
Neque iā ſalus ſeruare ſi uolt me poteſt:nec copia eſt.
Niſi ſi aliquā corde machinor aſtutiā.
Quā malū qd machiner qd cōminiſcar maximas
Nugas:ineptias incepiſſe.hęreo.

Egio.Tindarus.Ariſtophontes.

Eg. q Vo illū nunc hominē ꝓpiuiſſe foraſſe dicā ex ędibus!
T. Nūc eníuero occidi:eunt ad te hoſtes tyndare.
Quid loquar!qd fabulabor!quid negabo!aut qd fatebor!mihi
Res omnis í ícerto ſita eſt:qd rebus cōfidā meis!
Vtinā te di prius pderēt ꝙ periſti e patria tua
Ariſtophontes:qui ex parata re íparatā rē omnem facis.
Occiſa eſt hęc res.niſi repperio atrocē mihi aliquā aſtutiam.
Eg. Seqre.bem tibi hominē:adi atque adloquere.
T. Quis eſt homo me hominū miſerior!
Ari. Quid iſtuc eſt quod meos te dicā fugitare oculos tindare!
Proque ignoto me aſpernari.quaſi me nūꝙ noueris!
Equidē tā ſū ſeruus ꝙ tu:&ſi ego domi liber fui.
Tu uſque a puero ſeruitutem ſeruiuiſti í aulide.

Eg. Edepol minime miror is ſi te fugitat: aut oculos tuos.
Aut ſi te odit qui iſtum appelles tindarum pro philocrate.
T. Egio hic homo rabioſus habitus eſt in aulide.
Ne tu quod iſtic fabulet̃ auris imuttas tuas.
Nam iſtic baſtis inſectatus eſt domi matrẽ & patrẽ.
Et illic iſti qui ſputat̃ morbus interdũ uenit.
Proin tu ab iſtoc ꝑcul recedas. Eg. ultro iſtũ a me. A. ain uerbero
Me rabioſũ: atq; inſectatũ eſſe baſtis meũ memoraſ patrẽ?
Et eũ morbũ mihi eſſe ut qui me opus ſit inſputarier.
Eg. Ne uerere multos iſtęc morbus homines macerat.
Quibus inſputari ſaluti fuit: atq; iis ꝑfuit.
A. Quid tu autẽ etiã huic credis? E. qd ego credã huic? A. inſanũ eẽ me.
T. Viden tu hunc q̃. inimico uoltu ituet̃? cõcedi optumũſt.
Egio ſic quod tibi ego dixi. gliſcit rabies: caue tibi.
Eg. Credidi eſſe inſanũ extẽplo ubi te appellauit tindaꝛ.
T. Quia ſuũ ipſe interdũ ignorat nomẽ: neq; ſcit qui ſiet.
Eg. At etiam te ſuũ ſodalẽ eſſe aiebat. T. audiui. di magni
Et quidẽ alcinous: atq; oreſtes & licurgus poſtea.
Vna opera mihi ſunt ſodales qua iſte. A. at etiã furcifer
Male loqui mihi audes? nõ ego te noui? Eg. pol phanõ id quidẽ ẽ.
Non nouiſſe qui iſtũ appellas tindaꝛ ꝑ philocrate.
Quẽ uides eũ ignoras? illũ nominas quẽ non uides?
A. Immo iſte eũ ſeſe ait q̃ nõ eſt eſſe: & qui uero eſt negat.
T. Tu enim reptus philocratẽ qui ſuperes ueriuerbio.
A. Pol ego ut rẽ uideo tu inuẽtus uera uanitudine.
Qui cõuincas: ſed quęſo hercle agedũ aſpice ad me.
T. Hem. A. dic modo: te negas tindaꝛ eſſe?
T. Nego inquã. A. tu te philocratẽ eſſe ais?
T. Ego inquã. A. tu ne huic credis?
Eg. Tibi plus quidem ꝓ aut mihi.
Nã ille quidẽ quẽ tu memoras eſſe hodie hinc abiit aulidẽ.
Ad patrẽ huius. A. quẽ patrem qui ſeruus eſt. T. & tu quidem
Seruus & liber fuiſti. & ego me cõfido fore
Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filiũ.
A. Quid ais furcifer? tun te gnatũ memoras libeꝛ?
T. Non equidem me libeꝛ: ſed philocratem eſſe aio. A. quid eſt?
Vt ſceleſtus egio nunc iſte ludos facit.
Nã is eſt ſeruus ipſe: neq; pręter eũ quiſq̃ ei ſeruus fuit.
T. Quia tute ipſe eges ĩ patria: nec tibi qui uiuas domiſt.
Omnis inuenire ſimiles tibi uis. nõ miꝛ facis.
Eſt miſeroꝛ ut male uolentes ſint: atq; inuideãt bonis.

A. Videſis egio:ne quid tu huic temere inſiſtas credere.
Atq; ut perſpicio ꝓfecto iã aliquid pugnę edidit.
Filium tuum quod redimere ſe ait:id ne unq̃ mihi plac&.
T. Scio te id nolle fieri:efficiam tamen ego id ſi dii adiuuant:
Illũ reſtituã huic.hic autem in aulidem me meo patri.
Propterea ad patrem hinc amiſi tindaꝛ.A.quin tute is es?
Neq; pręter te in aulide ullus ſeruus iſtoc nomineſt.
T. Pergin ſeruom me exprobrare eſſe id quod ui hoſtili obtigit.
A. Eniuero iam nequeo contineri.T.heus tu quid agis?quin fugis?
Iam illic hic nos inſectabit lapidibus:niſi illunc iubes
Comprehendi.A.crucior.T.ardent oculi.fune opus egio.
Viden tu illi maculari corpus totũ maculis luridis?
Atra bilis agitat hominẽ.A.at pol te ſi hic ſapiat ſenex.
Atra pix agit& apud carnificẽ:tuoq; capiti ĩluceat.
T. Iam deliramẽta loquit᷑.laruę ſtimulant uiꝛ.
Eg. Hercle quid ſi hunc cõprehendi iuſſerĩ?T.ſapias magis.
A. Crucior lapidẽ nõ habere me ut illi maſtigię
Cerebrũ excutiã:qui me inſanũ uerbis concinat ſuis.
T. Audin lapidẽ quęritare?A.ſolus te ſolũ uolo.
Egio.Eg.iſtinc loquere ſiquid uis:ꝓcul tamen audiã.
T. Nãq; edepol ſi addites ꝓpius:os denaſabit tibi
Mordicus.A.neq; pol me inſanũ egio eſſe creduiſ.
Neq; fuiſſe unq̃:neq; eſſe morbũ quẽ iſtic autumat.
Veꝛ ſiquid metuis a me:iube me uinciri uolo.
Dũ iſtic itidẽ uinciat᷑.T.ĩmo eniuero egio
Iſtic qui uolt uinciat᷑.A.tace modo ego philocrates
Falſe faciam ut uerus hodie reperiare tindarus longius
Quid mihi abnutas?T.tibi ego abnuto?quid agat ſi abſis?
Eg. Quid ais?quid ſi adeã hunc inſanũ?T.nugas ludificabit:
Garriet:quod neq; pes unq̃:neq; caput cõpareat.
Armẽta abſũt:aiacẽ hũc quũ uides ipſum uides.
Eg. Nihil facio:tamen adibo.T.nunc ego omnino occidi.
Nunc ergo inter ſacrũ ſaxũq; ſto:nec qd faciã ſcio.
Eg. Do tibi operã ariſtophontes: ſiquid eſt quod me uelis.
A. Ex me audibis uera:quę nunc falſa opinare egio.
Sed hoc primũ expurgare tibi uolo:me inſaniã
Neq; tenere:neque mi eſſe ullũ morbũ:niſi quod ſeruio.
At ita me rex deorũ atque hominũ faxit patrię cõpotẽ.
Vt iſtic philocrates non magis ẽ q̃ aut ego aut tu.E.ebo dic mihi.
Quis illic igit᷑ eſt?A.quẽ dudũ dixi a pricipio tibi.
Hoc ſi ſecus reperies:nullã cauſam dico.quin mihi

Et parentũ & libertatis apud te deliquio ſiet.
Eg. Quid tu ais? T. me tuũ eſſe ſeruũ: & te meũ beꝝ.
Eg. Haud iſtuc rogo. fuiſtin liber? T. fui. A. enĩ uero nõ fuit: nugas agit.
T. Qui tu ſis: an fortaſſe fuiſti meę matri obſtetrix? q̃ id tã
Audacter dicere audes? A. pueꝝ te uidi puer.
T. At ego te uideo maior maiorẽ. hem rurſũ tibi meã rẽ.
Non cures ſi recte facias. num ego curo tua? Eg. fuit ne huic
Pater theſauro chryſonico chryſides? A. nõ fuit.
Neq; ego iſtuc nomẽ unq̃ audiui ante hunc diẽ.
Philocrati theodoromedes fuit pater. T. pereo ꝑbe.
Quin quieſcis die rectũ cor meũ: ac ſuſpẽde te.
Tu ſuſſultas: ego miſer uix aſto prę formidine.
Eg. Satin iſtuc mihi exquiſitum eſt fuiſſe hunc ſeruũ ĩ aulide.
Neq; eſſe hunc philocratẽ? A. tã ſatis q̃ nunq̃ hoc ĩuenies ſecus.
Sed ubi is nũc eſt? Eg. ubi ego minime atq; ipſus ſe uolt maxime
Tum igitur ego erumnatus: dearmatus ſum miſer.
Huius ſceleſti technis: qui me ut lubitum eſt ductauit dolis
Sed uideſiſ. A. quin exploratum dico & ꝑuiſũ hoc tibi.
Eg. Certon? A. quin nihil unq̃ inuenies magis hoc certo certius.
Philocrates iã inde uſque amicus fuit mihi a puero puer.
Eg. Sed qua facie eſt tuus ſodalis philocrates? A. dicã tibi.
Macilento ore: naſo acuto: corpore albo: & oculis nigris.
Subrufus aliquantũ: criſpus cicinnatus. Eg. conuenit.
T. Vt quidẽ hercle ĩ mediũ ego hodie peſſume ꝑceſſerim.
Ve illi uirgis miſeris quę hodie in tergo moriẽt meo.
Eg. Verba mihi data eſſe uideo. T. quid ceſſatis cõpedes
Currere ad me: meaq; ãplecti crura: ut uos cuſtodiã?
Eg. Satin me illi hodie ſceleſti capiti ceperunt dolo?
Illic ſeruum ſe aſſimulabat: hic ſeſe autẽ libeꝝ.
Nucleũ amiſi: reliquit pignori putamina.
Ita mihi ſtolido ſurſumuerſus os ſubliuere offuciis.
Hic quidẽ me nunq̃ irridebit. colaphe. cordalio. corax.
Ite iſtinc: atq; efferte lora. Co. nũ lignatũ mittimur?
Egio. Lorarius. Tindarus. Ariſt.
Eg. i Niicite huic manicas maſtigię.
T. Quid hoc eſt negocii? quid ego deliqui? Eg. rogas?
Sator: ſatorq; ſceleꝝ: et meſſor maxume?
T. Occatorẽ dicere debebas prius.
Nam ſemper occant prius: q̃ ſarriunt ruſtici.
Eg. At ut cõfidenter mihi contra aſtitit.
T. Dec& innocentẽ ſeruom: atq; innoxiũ.

Confidentem eſſe ſuum apud herũ potiſſimum.
Eg. Aſtringite iſti ſultis uehementer manus.
T. Tuus ſum.tu has quidẽ uel prẹcidi iube.
Sed quid negocii quãobrem ſuccenſes mihi?
Eg. Quia me meamq; rem quod in te uno fuit
Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis
Delacerauiſti:deartuauiſtiq; opes.
Confeciſti omnes res:atq; rationes meas.
Ita mihi emiſiſti philocratẽ fallaciis.
Illum eſſe ſeruom credidi te liberum.
Ita uoſmet aiebatis itaq; nomina
Inter uos permutaſtis.T.fateor omnia:
Facta eſſe ita ut dicis:& fallaciis
Et fallaciis abiſſe eũ abs te mea opera atq; aſtutia.
An obſecro hercle te id nunc ſuccenſes mihi?
Eg. At cum cruciatu maximo id factũſt tuo.
T. Dũ ne ob malefacta peream parui ẹſtumo.
Si ego hic peribo:aſt ille ut dixit nõ redit.
At erit mihi hoc factũ mortuo memorabile.
Meum herum captũ ex ſeruitute atq; hoſtibus
Reducem feciſſe liberũ in patriã ad patrẽ.
Meũq; potius me caput periculo ꝓmptauiſſe ꝙ is periret ponere.
Eg. Facito ergo ut acherũti ducas gloriã. T.q ꝓ uirtutẽ pitat: nõ íterit.
Eg. Quãdo ego te exẽplis peſſimis excruciauero atq; ob ſutelas
Tuas te morti miſero uel te íteriiſſe:uel periiſſe prẹdicẽt.
Dũ pereas nihil íterdico dicãt uiuere. T.pol ſi iſtuc faxis
Haud ſine poena feceris.ſi ille huc redibit:et ſicut cõfido affor&.
A. Prob di ímortales:nunc ego teneo:nũc ſcio quod ſit hoc negocii.
Meus ſodalis philocrates in libertate eſt ad patrẽ í patria.
Bene eſt:nec quiſq; eſt mihi ẹque melius cui uelim.
Sed hoc mihi ẹgre eſt me huic dediſſe operã malã.
Qui nunc ꝓpter me meaq; uerba uíctus eſt.Eg. uetuin te ẹcq;
Mihi hodie falſũ ꝓloqui? T.uetuiſti.Eg.cur es auſus mẽtiri mihi?
T. Quia uera obeſſent illi cui operã dabã.nũc falſa ꝓſunt.
Eg. At tibi oberũt. T.optumũſt at heu ſeruaui:quẽ ſeruatũ
Gaudeo:cui me cuſtodẽ addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factũ arbitrare? Eg.peſſume. T.at ego aio recte.
Qui abs te ſeorſũ ſentio:nã cogitato ſiquis hoc gnato tuo
Tuus ſeruus faxit qualẽ haberes gratiã.emitteres ne?
Necne eũ ſeruũ manu?eẽt ne apd te is ſeruus acceptiſſim9? rñde.
Eg. Opinor. T.cur ergo iratus mihi es? E.qa illi fuiſti q̃ mihi fidelior.

T. Quid tu una nocte postulauisti & die recẽs captũ boiem & nupũ
Et nouiciũ te perdocere ut melius cõsulerẽ tibi q̃ illi.
Quicũ una puero ętatẽ exegerã? Eg. ergo ab eo petito
Istã gratiã. ducite ubi ponderosas crassas capiat cõpedes.
Inde ibis porro ĩ latomias lapidarias. ibi quũ alii
Octonos lapides effodiũt. nisi quottidianos sex q opus cõfeceris
Sexcẽtoplago nomẽ ĩdet̃ tibi.
A. Per deos atq; homines te ego obtestor egio
Ne tu istunc hominẽ perduis. Eg. curabit̃.
Nã noctu neruo uĩct9 custodibit̃. Interdiu sub terra lapides eximet
Diu hunc ego cruciabo. nõ uno absoluã die. A. certũ ne ẽ tibi istuc?
Eg. Nõ moriri certius. abducite istũ actutũ ad hippolytũ fabr̃.
Iubete huic crassas cõpedes ĩpingier. ĩde extra portã ad meũ
Libertũ cordalũ in lapicidinas facite diductus si&.
Atq; hũc ita me uelle dicite curarier: ne qd deterius huic sit
Q; cui pessime est. T. cur ego te iuito me esse saluũ postulẽ?
Periculũ uitę meę tuo stat periculo post mortẽ: ĩ morte
Nihil ẽ quod metuã mali: & si peruiuo usq; ad sũmã ętatẽ: tamen
Breue spaciũ ẽ perferũdi quę minitas mihi.
Vale atq; salue: & si aliter ut dicã meres.
Tu aristophõtes de me ut meruisti ita uale.
Nã mihi ꝓpter te hoc obtigit. Eg. abducite.
T. At unũ hoc te quęso si huc rebit & philocrates
Vt mihi eius facias cõueniũdi copiã.
Eg. Peristis: nisi hunc iã e conspectu abducitis.
T. Vis hęc quidẽ hercle ẽ & trabi & trudi simul.
Eg. Illic est abductus recta in phylacã ut dignus est.
Ego illis captiuis aliis documẽtũ dabo.
Ne tale quisq̃ facinus incipere audeat
Quod absq; hoc esset: qui mihi hoc fecit palã:
Vsq; offerre natũ suis me ductarẽt dolis.
Nũc certũ ẽ nulli post hęc qcq̃ credere.
Satis sũ semel deceptus. speraui miser
Ex seruitute me exemisse filium
Ea spes elapsa est. perdidi unũ filiũ
Puerum quadrimũ: quẽ mihi seruus surripuit.
Neq; eum seruũ unq̃ repperi nec filium.
Maior potitus hostiũ est: quod hoc ẽ scelus.
Quasi in orbitatẽ liberos perduxerim.
Sequere hac reducã te ubi fuistis. neminis misereri certũ est.
Quia mei miser & nemo. exauspicaui ex uinculis.

Nunc intellego redauſpicãdũ eſſe in catenas denuo.

Ergaſilus.Paraſitus.

Er. i Vppiter ſupreme ſeruas me:measq; auges opes.
Maximas opimates:opiparasq; offers mihi.
Laudẽ:lucrũ:ludum:iocum:feſtiuitatem:ferias:
Pompã.penum.potationes:ſaturitatẽ:gaudium.
Nec cuiq̃ homini ſupplicare nunc certũ eſt mibi
Nam uel ꝑdeſſe amico poſſum:uel inimicũ perdere.
Ita hic me dies amoenitate amoena amoenus onerauit me.
Sine ſacris hęreditatẽ ſum adeptus effertiſſimã.
Nunc ad ſenẽ curſũ capeſſam:hunc egionẽ cui boni
Tantũ offerõ:quantũ ipſe a dis optat:atq; etiã ãplius.
Nunc certa res eſt eodẽ pacto:ut comici ſerui ſolẽt.
Coniiciã in collũ palliũ primo ex me hãc rẽ ut audiat.
Speroq; me ob hunc nuntiũ ętternum adeptuꝝ cibũ.

Egio.Ergaſilus.

Eg. q Vanto in pectore hanc rẽ meo magis uoluto:
Tanto mihi ęgritudo auctior eſt in animo.
Ad illum modũ ſublitũ os eſſe hodie mihi:neq; id perſpicere qui.
Quod quũ ſcibit᷑:per urbẽ irridebor.
Quũ extẽplo ad foꝝ aduenero omnes loquent᷑.
Hic Ille eſt ſenex ductus quoi uerba data ſunt.
Sed ergaſilus eſt ne hic ꝑcul quẽ uideo?
Collecto quidẽ eſt pallio.quidnã acturuſt?

Er. Moue abſ te moram:atq; ergaſile age hanc rẽ.
Eminor: interminorq; ne quis mihi obſtiterit obuiã.
Niſi quis ſatis diu uixiſſe ſeſe homo arbitrabit᷑.
Nã qui obſtiterit:ore ſiſt&.Eg.hic homo pugillatum incipit.

Er. Facere certũ eſt ꝑinde ut omnes itinera ſiſtant ſua.
Ne quis in hac platea negocii cõferat quicq̃ ſui.
Nã meus eſt baliſta pugnus:cubitus catapultaſt.
Humerus aries:tũ genu ad quenq; iecero ad terrã dabo.
Dentiloquos omnes mortales faciam:quenq; offendero.

Eg. Quę illęc eminatio eſt?nam nequeo mirari ſatis.

Er. Faciã ut huius diei:lociq;:meique ſemper meminerit:
Qui mihi in curſu obſtiterit.faxo uitę is extẽplo obſtiterit ſuę.

Eg. Quid hic homo tantũ incipiſſit facere cũ tantis minis?

Er. Prius edico ne quis propter culpã capiat᷑ ſuã.
Continere uos domi: ꝑhibete a uobis uim meam.

Eg. Mira edepol ſunt ni hicĩ uentrẽ ſumpſit cõfidẽtiã.
Ve miſero illi cuius cibo iſte factuſt ípenſior.

Er. Tum piſtores.ſcropbipaci:qui alunt furfure ſues.
Quaꝝ odore prętterire nemo piſtrinum poteſt.
Eorum ſi quouisq̃ ſcropham in publico cõſpexero:
Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Eg. Baſilicas edictiones atq; imperioſas hab&.
Satur homoſt:hab& ꝓfecto in uentre confidentiã.
Er. Tum piſcatores qui prębent populo piſces fetidos.
Qui aduehunt̃ quadrupedanti:crucianti cantherio.
Quoꝝ odos ſub baſilica nos omnes abegit in foꝝ.
Eis ego ora uerberabo ſurpiculis piſcariis.
Vt ſciant alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.
Tum lanii autẽ qui concínant liberis orbas oues.
Qui locant cędundos agnos:& duplã agninã danunt.
Qui petroni nomen indunt uerueci ſectario.
Eum ego ſi in uia petronem publica conſpexero.
Et petronem & dominũ reddã mortales miſerrimos.
Eg. Euge edictiones ędilitias hic quidẽ hab&.
Miꝝq; adeoſt niſi hunc fecerunt ſibi oetoli agoranomũ.
Er. Non ego nunc paraſitus ſum:ſed regũ rex regalior.
Tantus uentri cõmeatus meo adeſt in portu cibus.
Sed ego ceſſo hunc egionem onerare lętitia ſenẽ?
Qui homine adęq; nemo uiuit fortunacior.
Eg. Quę illęc eſt lętitia quam illic lętus largit̃ mihi.
Er. Heus ubi eſtis?ecquis hoc aperit boſtiũ?
Eg. Hic homo ad coenã recipit ſe ad me.Er.apite baſce ãbas fores.
Priuſ q̃ pultando aſſulatim foribus exitiũ adfero.
Eg. Perlub& hunc hominẽ colloqui ergaſile.Er.ergaſilũ qui uocat?
Eg. Reſpice.Er.fortuna quod tibi nec facit nec faci& hoc me iubes.
Sed quid eſt?Eg.reſpice ad me.egio ſum.Er.o mihi q̃tũ eſt.
Hominũ optumoꝝ optume in tẽpore aduenis.
Eg. Neſcio quẽ ad portũ nactus es ubi coenes.eo faſtidis?
Er. Cedo manũ.Eg.manũ?Er.manũ inquã cedo tuã actutũ.
Eg. Tene.Er.gaude.Eg.quid ego gaudeã?Er.qa ego ípo.age gaude mõ
Eg. Pol moerores mibi anteuortunt gaudiis.Er.noli iraſcier.
Iam ego ex corpore exigã omnis maculas moeroꝝ tibi.
Gaude audacter.Eg.gaudeo.&ſi nibil ſciam quod gaudeã.
Er. Bene facis.iube.Eg.quid iubeam?Er.ignem ingentẽ fieri.
Eg. Ignem ingentẽ?Er.ita dico magnus ut ſit.Eg.quid uolt uri?
Tuan cauſa me ędis incenſuꝝ cenſes?Er.noli iraſcier.
Iuben an non iubes aſtitui aulas?patinas elui.
Laridũ.atq; epulas foueri foculis feruentibus?

Alium piſces preſtinatū abire? Eg. hic uigilans ſomniat.
Er Alium porcinā: atq; agninā: et pullos gallinaceos.
Eg. Scis bene eſſe ſi ſit unde. Er. pernā atq; optalmiā.
Horreū: ſcombrū: & trigonū: & cetū: & mollem caſeū.
Eg. Nominandi iſtoꝝ tibi erit magis ꝙ edundi copia.
Hic apud me ergaſile. Er. mean me cauſa hoc cenſes dicere?
Eg. Nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes: ne fruſtra ſis.
Proin tu tui quottidiani uicti uentrē ad me afferas.
Er. Quin ita faciā ut recupias facere ſumptū & ſi ego uetē.
Eg. Ego ne? Er. tu ne? Eg. tū tu mi igit̄ herus es. Er. īmo bene uolēs.
Vin te faciā fortunatū? Eg. malim ꝙ miſeꝝ quidē.
Er. Cedo manū. Eg. hem manū. Er. di te omnes adiuuant.
Eg. Nihil ſentio. Er. nō enim es in ſenticeto eo nō ſentis. ſed iube.
Vaſa tibi pura apparari ad rē diuinā cito
Atq; agnū afferri ꝓpriū pinguē. Eg. cur? Er. ut ſacrufices.
Eg. Cui deoꝝ? Er. mihi hercle: nā ego nūc tibi ſum ſūmus iuppiter.
Idē ego ſū ſalus. fortuna. lux. lętitia. gaudiū.
Proin tu deū hunc ſaturitate facias trāquillū tibi.
Eg. Eſurire mihi uidere. Er. mihi equidē eſurio: nō tibi.
Tuo arbitratu facile patior. Eg. credo conſuetus puer.
Iuppiter te diq; perdāt. Er. te hercle: mihi ęquū eſt gratias
Agere ob nuncium: tantū ego nunc porto a portu tibi boni.
Nunc tu mihi places. Eg. abi ſtultus: ſero poſt tēpus uenis.
Er. Igit̄ olim ſi aduenīſſem: magis tu tū iſtuc diceres.
Nunc banc lętitiā accipe a me quā fero: nā filiū
Tuū modo in portu philopolemū uiuū: ſaluū: & ſoſpitē
Vidi in publica celoce: ibidēq; illū adoleſcentulū.
Aliū una & tuū ſtalaginū ſeruū qui aufugit domo.
Qui tibi ſubripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
Eg. Abi in malā rē. ludis me. Er. ita me amabit ſancta ſaturitas.
Egio: itaq; ſuo me ſemper cōdecor & cognomine.
Vt ego uidi. Eg. meum gnatum? Er. tuū gnatū et genū meū.
Et captiuū illū aulidenſem. Eg. ma ton apollo? Er. ut ſeruolū.
Eg. Meū ſtalaginū? meū qui guatū ſubripuit? nę tan corā?
Er. Iandiu. Eg. nę tan pręneſtē? Er. uenit. Eg. ne tā ſigniā?
Er. Certon? Eg. nę tā fruſinonē? Er. uideſis. Eg. nę tā aleternam?
Er. Quid tu babaricas urbes iuras? Eg. quia enim itē aſperę
Sunt: ut tuū uictū autumabas eſſe. Er. uę ętati tuę.
Quippe quando mihi nihil credis: quod ego dico ſędulo.
Sed ſtalaginus quoius erat tunc nationis quū hinc abiit?
Eg. Cuius et nunc. Er. ſi cuius nunc eſt: bolus boiam terit.

Liberoꝝ quęrundoꝝ cauſa ei credo uxor data eſt.
Eg. Dic bonan fide.tu mihi iſtęc uerba dixiſti?Er.bona.
Eg. Di īmortales itęꝝ gnatus:uideor:ſi uera autumas.
Er. An tu dubiū habebis etiā:ſancte quū ego iurē tibi?
Poſtremo egio ſi parua iuriiurandoſt fides.
Viſe ad portū.Eg.facere certūſt:tu intus cura quod opus eſt.
Sume:poſce:p̄me:quiduis:te facio cellarium:
Nam hercle niſi manticinatus p̄be hęro fuiſti:petito.
Aeternū tibi dapinabo uictū:ſi uera autumas.
Er. Vnde id?Eg.a me:meoq; gnato.Er.ſpōde tu iſtud.Eg.ſpōdeo.
Er. At ego tuū tibi aduenisſe filiū reſpōdeo.
Eg. Cura q̄optume potes.Er.bene ambula & redambula.

Ergaſilus.

i Llic binc abiit:mihi rē ſūmā credidit cibariā.
Di īmortales ut ego colloſ detruncabo tergoribus.
Quanta pernis peſtis ueni&:quanta labes larido:
Quanta ſumini abſumendo:quanta callo calamitas.
Quanta laniis laſſitudo:quanta porcinariis.
Nam ſi alia memorē quę ad uentris uictū conducūt:moraſt.
Nunc ibo:ut prędecturam & ius dicā larido.
Et quę pendent indemnatę pernis auxiliū ut ferā.

Egionis puer.

d Ieſpiter te diq; ergaſile perdant:& uentrē tuū.
Paraſitoſque omnis:& qui poſtbac coenā paraſitis dabit.
Cladis calamitas.quę ītēperies modo in noſtrā aduenit domū.
Quaſi lupus eſuriens metui ne in me facer& impetū.
Nimiſq; hercle ego illū male formidabā ita frēdebat dentibus.
Adueniens deturbauit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium:prętruncauit tribus tergoribus glandia.
Aulas: caliceſq; omnis cōfregit:niſi quę modiales erant.
Cocum percontabat̄:poſſent ne ſeri referueſcere.
Cellas refregit omnis intus:recluſi tq; armarium.
Adſeruate iſtunc ſultis ſerui.ego ibo ut conueniā ſenē.
Dicam ut ſibi penum aliud orn&:ſiquidem ſeſe uti uolet.
Nam hic quidem ut adornat:aut iam nihil eſt:aut iam nihil erit.

Egio.Philocrates.Philopolemus.

Eg. i Oui diiſq; ago gratias merito magnas:
Quum te reducem tuo patri reddiderunt.
Quumq; et miſeriis plurimis me exemerunt:
Quę adhuc te carens(dum hic fui)ſuſtentabam.
Quumq; hunc conſpicio in poteſtate noſtra.

Quumq; hęc reperta eſt fides firma nobis.
Ph. Satis iã dolui ex aío et cura:me ſatis et lachrymis maceraũi hoc.
Satis iam audiui tuas ęrumnas ad portũ:mihi quas memorauiſti.
Hoc agamus.quid nunc?quoniam tecũ ſeruaui fidẽ:
Tibiq; hunc reducẽ in libertatẽ feci?Eg.feciſti ut tibi
Philocrates nunq̃ referre gratiã poſſim ſatis.
Proinde ut tu promeritus de me et filio.Phi.ímo potes.
Pater & poteris & ego potero:et di eam poteſtatẽ dabunt:
Vt beneficiũ benemerenti noſtro merito muneres
Sicut tu huic potes pater mi facere merito maxime.
Eg. Quid opus uerbis?lingua nulla eſt qua negẽ quicquid roges.
Phil.Poſtulo abs te:ut mihi illũ reddas ſeruom quẽ hic reliq̃ram.
Pignus ꝑ me:qui mihi melior q̃ ſibi ſemper fuit.
Pro benefactis eius uti preciũ:poſſim reddere.
Eg. Quod benefeciſti refert gratia.id quod poſtulas:
Et id & aliud quod me orabis impetrabis.atq; te
Nolim ſuccẽſere:quod ego iratus ei feci male.
Phi. Quid feciſti?Eg.in lapicidinas cõpeditũ condidi:
Vbi reſciui mihi data eſſe uerba.Phi.uę miſero mihi:
Propter meũ caput labores homini eueniſſe optumo:
Eg. At ob eã rẽ mihi libellã ꝑ eo argenti ne duis.
Gratis a me ut ſit liber abducito.Ph.edepol egio
Facis benigne:ſed quęſo hoíem ut iubeas arceſſi.Eg.lic&.
Vbi eſtis uos?ite actutũ tyndaę huc arceſſite.
Vos ite intro:interibi ego ex hac ſtatua ueruecea uolo
Erogitare meo minore quod ſit factũ filio.
Vos lauate íteribi.Ph.ſequere hac philocrates me ítro.Ph.ſequor.

Senex Egio.Stalaginus fugitiuus.

Eg. a Ge tu illuc ꝑcede bone uir lepidũ mãcipium meũ.
St. Quid me oport& facere?ubi tu talis uir falſũ autumas?
Fui ego bellus:lepidus:bonus:uir:nunq̃ neq; frugi bonę
Neque ero unq̃:neque ſpero ponas me bonę frugi fore.
Eg. Propemodũ ubi loci fortunę tuę ſint facile intellegis.
Si eris uerax tua ex re facies:ex mala meliuſculam
Recte & uera loquere:ſed neque uere neque recte adhuc
Feciſti unq̃.St.quid ego fatear?credin pudeat quũ autumes?
Eg. At ego faciã ut pudeat:nã in ruborẽ te totũ dabo.
St. Eia credo ego.imperito plagas minitaris mihi:
Tandẽ iſta aufer:dic quid fers:ut feras hinc quod petis.
Eg. Satis facundus:ſed iã fieri dictis cõpendiũ uolo.
St. Vt uis fiat.Eg.bene morigerus fuit puer.nũc nõ dec&.

Hoc agamus.iam animaduorte.hęc mihi quę dicã ediſſere.
Si eris uerax tuis rebus feceriſ meliuſculas.
Sta. Nugę iſtęc.nõ me cẽſes ſcire qui dignus ſiem?
Eg. At ea ſubterfugere potis eſ pauca ſi non omnia.
Sta. Quia & fugi:et tibi ſubripui filiũ:et eum uendidi.
Eg. Cui homini?Sta.theodoromedi in aulide polyplusio.
Pauca efficiam ſcio:nam multa euenient et merito meo:
Sex minis.Eg.proh di ĩmortalis is quidẽ huius eſt pater
Philocratiſ.Sta.quin meliuſ noui:q̃ te:et uidi ſępius.
Eg. Serua iuppiter ſupreme et me & meũ gnatũ.
Philocrates per tuũ ingeniũ obſecro exi:te uolo.

Philocrates.Egio.Stalaginus.

Ph. e Gio adſũ:ſiquid me uis impera.Eg.hic gnatũ meũ
Tuo patri ait ſe uendidiſſe ſex minis in aulide.
Ph. Q; diu id factũ eſt?St.hic annus incipit uiceſimus.
Ph. Falſa memorat.St.aut ego aut tu,nã tibi quadrimulũ
Tuus pater peculiarẽ paruulũ puero dedit.
Ph. Quod erat ei nomẽ?ſi uera dicis memora dũ mihi.
St. Pecinium uocitatus eſt:poſt uos indidiſtis tyndaro.
Ph. Cur ego te non noui?St.qa mos eſt obliuiſci hominibus.
Neque nouiſſe cuius nihili ſit faciunda gratia.
Ph. Dic mihi is ne iſtic fuit quẽ uẽdidiſti meo patri?
Qui mihi peculiaris datus eſt huius filius?
Eg. Viuit ne is homo?St.argẽtũ accepi nihil curaui cętęr.
Eg. Quid tu ais?Ph.quin iſtic ipſuſt tyndarus tuus filius.
Vt qdem hic argumẽta loquit̃:nam is mecũ a puero puer
Bene pudiceq; educatus eſt:uſq; ad aduleſcentiã.
Eg. Et miſer ſum & fortunatus ſi uera dictes.
Eo miſer ſũ qa male illi feci ſi gnatus meuſt.
Heu quũ ego plus minusq; feci q̃ ęquom fuit.
Quod malefeci crucior.modo ſi infectũ fieri poſſiet.
Sed eccũ incedit huc ornatus audax ſuis uiribus.

Tyndarus.Egio.Philocrates.

Ti. u Idi ego multa ſępe picta quę acherõti fierẽt
Cruciamẽta:uerũ eniuero nulla adęque eſt acherons.
Atq; ubi ego fui in lapicidinis:illic ibi demũſt locus.
Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore.
Nã ubi illo adueni:quaſi patriciis pueris aut monedulę
Aut anites:aut cotburnices dant̃ quiſcũ luſitent:
Itidẽ mihi huc aduenienti upupa quę me delect& dataſt.
Sed berus eccũ ante hoſtiũ:et berus alter eccũ ex aulide

Redit.Eg.ſalue exoptate gnate mi.T.bem quid gnate mi?
Atat ſcio cur te patrẽ adſimules eſſe:et me filiũ.
Qui mibi itẽ ut parentes luciſ daſ tuendę copiã.
Ph. Salue tyndare.T.& tu quoiuſ cauſa banc ęrumnã exigo.
P. At nunc liber in diuitiaſ faxo ueniеſ.nam tibi
Pater bic eſt.bic ſeruus qui te huic hinc quadrimũ ſurripuit.
Vendidit patri meo te ſex miniſ:iſ te mibi
Paruulũ peculiarẽ paruulo puero dedit.
Illic indiciũ fecit nã hunc ex aulide huc reducimus.
T. Quid huius filiũ?P.intus eccũ fratrẽ germanũ tuũ.
T. Quid tu ais?adduxtin illũ huius filiũ captiuũ.
P. Quin inquã intus bic eſt.T.feciſti edepol & recte & bene.
P. Nunc tibi pater bic eſt.bic fur eſt tuus:q paruũ bic te abſtulit.
T. At ego nunc grandis grandẽ natu ob furtũ ad carnificẽ dabo.
P. Meritus eſt.T.ergo edepol meritã mercedẽ dabo.
T. Sed dic oro.pater meus tu ne es?Eg.ego ſũ gnate mi.
Nunc demũ in memoriã redeo quũ mecũ cogito.
Nunc edepol demũ ĩ memoriã regredior audiſſe me.
Quaſi per nebulã egionẽ meũ patrẽ uocarier.
Eg. Ego ſũ.T.cõpedibus quęſo ut tibi ſit leuior filius:
Atq; bic grauior ſeruus.Eg.certũ ẽ prĩcipiũ id pręuortier.
Eamus ĩtro:ut arceſſat faber ut iſtas cõpedes
Tibi adimã:buic dem.T.cui peculii nibil eſt:recte feceris.

Caterua.

s Pectatores ad pudicos mores facta bęc fabula eſt.
Neq; ĩ bac ſubitę cogitationes ſunt:neq; ulla amatio.
Nec pueri ſuppoſitio:nec argẽti circũductio.
Neq; ubi amans adoleſcẽs ſcortũ liberet clã ſuũ patrẽ.
Huiuſmodi paucas poetę reperiũt comoedias.
Vbi boni meliores fiant.nũc uos ſi uobis plac&.
Et ſi placuimus:neq; odio fuimus ſignũ boc mittite.
Qui pudicitię eſſe premiũ uoltis plauſũ date.

Plauti Poetae Clariſſimi Curgulio.

c Vrgulio miſſus phedromi it cariam
Vt petat argentum:ibi eludit anulo
Riualem.ſcribit atq; obſignat litteris.
Cognoſcit ſignum lyco ubi uidit militis.
Vt amicam mittat precium lenoni dedit.

Lyconẽ miles ac lenonẽ in ius rapit.
Ipſus ſororem quę peribat repperit.
Oratu cuius phedromo nuptum locat.
Palinurus ſeruus. Phędromus adoleſcens.

Pa. q Vo tedhoc noctis dicam proficiſci foras.
Cum iſtoc ornatu cumq; hac pompa phędrome?
Ph. Quo uenus: cupido imperat: ſuad&q; amor.
Si media nox eſt: ſiue eſt prima ueſpera:
Si ſtatus conditus cum hoſte intercedit dies.
Tamen eſt eundum quo imperat ingratus.
At tandem tandem. Pa. tandem es odioſus mihi.
Iſtuc quidem nec bellum eſt: nec memorabile.
Tute tibi puer es lautus: luces cereũ.
Ph. Egon apicularũ opera congeſtũ nõ feram?
Ex dulci oriundũ melliculo dulci meo?
Pa. Nam quo te dicam ego ire? Ph. ſi tu me roges
Dicam ut ſcias. Pa. ſi rogitẽ quid reſpondeas?
Ph. Hoc ęſculapii fanum eſt. Pa. plus iam anno ſcio.
Ph. Huic proximũ illud hoſtium occluſiſſimum
Salue. ualuiſtin oſtium occluſiſſimum?
Pa. Caruit ne febris te heri uel nudiuſtertius?
Et heri coenauiſti ne? Ph. derides ne me?
Pa. Quid tu ergo inſane rogitas ualeat ne oſtium?
Ph. Belliſſimum hercle uidi: & taciturniſſimum.
Nunq̃ ullum uerbum mittit: quum aperit tac&.
Quum illa noctu clanculum ad me exit tac&.
Pa. Nũquid tu quod te aut genere indignum ſit tuo
Facis: aut inceptas facinus facere phedrome.
Num tu pudicę cuipiam inſidias locas:
Aut quam pudicam eſſe oport&. Ph. nemini
Nec me illi ſinit iuppiter. Pa. ego item nolo.
Ita tuum conferto amorem ſemper: ſi ſapis.
Nę id quod ames populus ſi ſciat tibi ſit ꝓbro.
Semper curato ne ſis inteſtabilis.
Quod amas ama teſtibus prędentibus.
Ph. Quid iſtuc eſt? Pa. caute ut incedas uia.
Ph. Quin leno hic habitat. Pa. nemo hĩc ꝓhib& nec uetat
Quin quod palam eſt uenale ſi argentũ emas.
Nemo ire quenquam prohib& publica uia.
Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam.
Dum te abſtineas nupta: uidua: uirgine:

Iuuentute: et pueris liberis:ama quod lub&.
Ph. Lenonis hę ſunt ędes.Pa.male iſtis eueniat.
Ph. Qui?Pa.quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.
Ph. Obloquere.Pa.fiat maxime.Ph.etiam taces?
Pa. Nempe obloqui me iuſſeras.Ph.at nunc ueto:
Pa. Inducias occepi dicere.Ph.ei ancilulla eſt.
Pa. Nempe huic lenoni qui hic habitat?Ph.recte tenes.
Pa. Nimis formido ne exedat.Ph.odioſus es.
Eam uolt meretricē facere:ea me deperit.
Ego autem cum illa facere nolo mutuū.
Pa. Quid ita?Ph.quia proprium facio:amo pariter ſimul.
Malus clandeſtinus eſt amor.damnūſt merū.
Pa. Eſt hercle ut dicis ita:iam ne ea fert iugum?
Ph. Tam a me pudica eſt quaſi ſoror mea ſit:niſi
Si eſt oſculando quipiam impudicitior.
Pa. Semper tu ſcito:flamma fumo eſt proxima.
Fumo comburi nihil poteſt:flamma poteſt.
Qui e nuce nucleum eſſe uolt:frangit nucem.
Qui uolt cubare:pangit ſaltem ſuauium.
Ph. At illa eſt pudica:neq; dū cubitat cum uiris?
Pa. Credam pudor ſi cuipiam lenoni ſiet.
Ph. Immo ut illam cenſes:ut quęq; illi occaſio eſt.
Subripere ſe ad me ubi ſauium oppegit:fugit.
Id eo fit quia hic leno ęgrotus incubat.
In ęſculapi phano.is me excruciat.P.quid eſt?
Ph. Alias me poſcit pro illa triginta minas.
Alias talentum magnum:neq; quicquam queo
Aequi boniq; ab eo impetrare.Pa.iniurium eſt
Quid?quod lenoni nulliſt id ab eo petas.
Ph. Nunc hinc paraſitum in cariam miſi meum.
Petitum argentum a meo ſodali mutuum.
Quod ſi non affert:quo me uortam neſcio.
Pa. Si deos ſalutas dextrouorſum cenſeo.
Ph. Nunc ara ueneris hęc eſt ante horum fores
Me inferre ueneri uoui iam ientaculum.
Pa. Quid ante pones ueneri a ientaculo?
Ph. Me:te:atq; hoſce omnes.Pa.tū tu uenerē uomere uis?
Ph. Cedo puere ſinum.Pa.quid facturus?Ph.iam ſcies.
Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix.
Nomen eſt lenę multibiba:atq; merobiba.
Pa. Quaſi tu lagenam dicas ubi uinum cbium ſol& eſſe

Ph. Quid opus eſt uerbis? uinoſiſſima eſt. ea quę extẽplo ubi uino
Has conſperſi fores de odore adeſſe me ſcit: aperit ilico.
P. Ei ne hic cum uino ſinus fert? Ph. niſi ne uis. P. nolo hercle:
Nam iſtunc qui fert afflictũ uelim: ego nobis afferri cenſui.
Ph. Quin tu tace? ſiquid ſuper illi fuerit: id nobis ſat eſt.
P. Quiſnam hic fluuius eſt: quem non recipiat mare?
Ph. Sequere hac palinure me ad fores: ſi mihi obſequeris.
P. Ita faciam. Ph. agite bibite feſtiuę fores.
Potate: ſite mihi uolentes propicię.
P. Voltis ne oliuas: aut pulpamentum: aut caparim?
Ph. Exuſcitate uoſtram huc cuſtodem mihi.
P. Profundis uinum: quę te res agitant? Ph. ſine
Viden ut aperiunt ędes feſtiuiſſimę?
Non mutit cardo? eſt lepidus. P. quin das ſauium?
Ph. Tace. occultemus lumen et uocem. P. lic &.

Lena Anus. Phedromus. Palinurus.

f Los ueteris uini meis naribus obiectus eſt.
Eius amor cupidam me huc ꝓlicit per tenebras.
Vbi ubi eſt? prope me eſt. euax habeo. ſalue anime mi liberi lepos.
Vt ueteris uetuſti cupida ſum. nã omniũ unguẽtũ
Odor prę tuo nauſea eſt. tu mihi ſtacte: tu cinamomũ:
Tu roſa. tu crocbũ: et caſia es: tu petaliũ.
Nam ubi tu ꝓfuſus: ibi ego me puelim ſepultã:
Sed quũ adhuc naſo odos obſecutus eſt meo.
Da uiciſſim meo gutturi gaudiũ: nihil ago tecũ.
Vbi eſt ipſus? ipſũ expeto tangere: ĩuergere ĩ me liquores tuos.
Sino ductim: ſed hac abiit: hac perſequar.
Ph. Sitit hęc anus. P. quantulũ ſitit. Ph. modica eſt. capit quadrãte.
Pa. Pol ut prędicas uídemia hęc huic anui nõ ſatis eſt ſoli.
Canẽ eſſe hanc quidẽ magis par fuit: ſagax naſũ habet.
A. Amabo cuia uox ſonat ꝓcul? Ph. cẽſeo hanc appellandã anũ.
Adibo. redi et reſpice ad me huc lena. A. ĩpator qſ eſ? Ph. uini pollẽſ
Lepidus liber tibi qui ſcreãti ſiccę ſemiſomnę
Adfert potionem. & te ſedatũ it.
A. Q̃ longe a me abeſt? Ph. lumen hoc uide.
Grandiorẽ gradũ ergo fac ad me obſecro.
Salue. A. egon ſalua ſim quę ſiti ſicca ſum? Ph. at iã bibes.
A. Diu fit. Ph. bem tibi anus lepida. A. ſalue oculiſſime homo.
P. Age. effunde hoc cito in baratrũ: propere.
Prolue cloacam. Ph. tace. nolo huic maledici.
P. Faciam igitur male potius.

A. Venus de paulo paululũ.hoc tibi dabo haud lubenter.
Nam tibi amantes propinantes uinũ potantes dant.
Mihi haud ſæpe eueniunt tales hæreditates.
P. Hoc uide ut ingurgitat īpura in ſe meæ auariter faucibus plenis.
Ph. Perii hercle.huic qd primũ dicã neſcio.P.hem iſtuc qđ mihi dixti.
Ph. Quid id ẽ?P.periſſe ut te dicas.Ph.male tibi di faciãt.P.dic iſti.
A. Ah.P.qd ẽ?ecqd lubet?A.lubet.P.etiã m̃ q̃q; ſtimulo fodere lubꝫ te.
Ph. Tace.noli.P.taceo.ecce aũt bibit arcus:pluet credo hercle hodie.
Ph. Iã ne ego huic dico?P.qd diceſ?Ph.me piſſe.P.age dice.Ph.anꝰ audi
Hoc uolo ſcire te pditus ſũ miſer.A.at pol ego oppido ſeruata.
Sed quid eſt quod lub& perditum dicere.
Te eſſe?Ph.quia id quod amo careo.
A. Phedrome mi ne plora amabo.
Tu me curato ne ſitiam.ego tibi quod amas iã huc adducã
Ph. Tibi næ ergo ſi fidẽ ſeruas mecũ uineã pro aurea ſtatua
Statuam quæ tuo gutturi ſit monumẽtũ.
Qui me in terra æque fortunatus erit:ſi illa ad me bit&.
Palinure?P.edepol qui amat ſi eget:miſera adficit̃ ærumna.
Ph. Non ita res eſt.nã confido paraſitũ hodie aduẽtuæ.
Cũ argento ad me.P.magnũ inceptas ſi id expectas quod nuſq̃ſt.
Ph. Quid ſi adeã fores: atq; occẽtũ?P.ſi lubet neq; ueto:neq; iubeo:
Quãdo ego te uideo īmutatis moribus eſſe here atq; īgenio.
Ph. Peſſuli heus peſſuli.uos ſaluto lubens:
Vos amo:uos uolo:uos peto:atq; obſecro.
Gerite amanti mihi morem amoeniſſimi.
Site cauſa mea lydi barbari.
Suſſilite obſecro:& mittite iſtanc foras.
Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem.
Hoc uide ut dormiunt peſſuli peſſumi.
Nec mea gratia cõmouent ſe ocius.
Reſpicio nihili meã uos gratiã facere.
Sed tace tace.P.taceo hercle:quid eſt?Ph.ſentio ſonitũ.
Tandẽ edepol mibi morigeri peſſuli fiũt.

Anus.Planeſiũ uirgo.Phedromus.Palinurus.

A. p Lacide egredere:& ſonitũ ꝓbibe foræ:& crepitũ cardinũ.
Ne quod hic agimus:herus pcipiat fieri mea planeſiũ.
Mane ſuffundã aquulã.P.uiden ut anus tremula medicinã facit?
Eapſe meæ quũ didicit bibere:foribus dat aquã:quã bibãt.
Pla. Vbi tu es qui me conuadatus ueneriis uadimoniis?
Vbi tu es:qui me libello uenerio citaſti?ecce me ſiſto ades cõtra.
Siſto ego tibi me:& mihi cõtra itidẽ ut ſiſtas ſuadeo.

Ph. Adſũ:nã ſi abſim aut recuſem:qn mihi male ſit mel meũ.
Pl. Anime mi. ꝓcul amantẽ abeſſe haud cõſentaneũ eſt.
Ph. Palinure palinure.P.eloquere.qd eſt quod palinurũ uoces?
Ph. Eſt lepida?P.nimis lepida.Ph.ſũ deus.P.ĩmo haud.
Ph. Quid uidiſti?aut quid uidebis magis diis ęquiperabile?
P. Male ualere te:quod mihi ęgre eſt.Ph.male mihi morigerus.tace.
P. Ipſus ſe excruciat q̃ homo quod amat uid&:nec poterit dũ lic&.
Ph. Recte obiurgat.ſane haud q̃ cõſt magis quod cupiã tãdiu.
Pl. Tene me.amplectere ergo.Ph.hoc etiã ꝓbrẽ cupiã uiuere.
Quia te ꝓhib& herus.clã hero potior.Pl.ꝓhibet:nec ꝓhibet quit.
Nec ꝓhibebit niſi mors meũ animũ abs te abalienauerit.
P. Enĩuero neq̃o durare qn ego heꝛ accuſem meũ.
Nã bonũ eſt pauxillũ amare ſane:ĩſane nõ bonũ eſt.
Veꝛ totũ ĩſanũ amare hoc ẽ quod meus herus facit.
Pl. Sibi ſua habeant regna reges:ſibi.diuitias diuites.
Sibi honores:ſibi uirtutes:ſibi pugnas:ſibi proelia.
Dũ mihi abſtineant ĩuidere:ſibi qſq̃ habeãt quod ſuũ ẽ.
P. Quid tu uenerin puigilare te uouiſti phedrome?
Nã hoc qdẽ edepol haud multopoſt luce lucebit.Ph.tace.
P. Quid taceã?quĩ tu is dormitũ?Ph.dormio.ne occlamites.
P. Tu quidẽ uigilas.Ph.at meo more dormio.hic ſomnus eſt mihi.
P. Heus tu mulier male mereri de ĩmerẽte inſcitia eſt.
Pl. Iraſcere ſi te edentẽ hic a cibo abigat.P.ilicet
Pariter hos perire amando uideo:uterq; ĩſaniũt.
Viden ut miſere moliunt.neq; queũt cõplecti ſatis.
Etiã diſptimini.Pl.nulli eſt homini perpetuũ bonũ.
Iã huic uoluptati hoc adinuẽtũ eſt odiũ.P.quid ais ꝓpudiũ?
Tun etiã cũ nocturnis oculis odium me uocas?
Ebriola perſolę nugę.Ph.tun meam uenerẽ uituperas?
Quod quidẽ mihi pollutus uirgis ſeruus ſermonẽ ſerat.
At ne tũ hercle cũ cruciatu magno dixiſti id tuo.
Hem tibi maledictis ꝓiſtis dictis moderari ut q̃as.
P. Tuam fidẽ uenus.noctu uigila.Ph.pergin etiam uerbero?
Pl. Noli amabo uerberare lapidẽ:ne perdas manũ.
P. Magnũ flagitiũ: ꝓbrũq; phędrome expergefacis.
Bene mõſtrantẽ pugnis cędis:banc amas nugas meras.
Hoccine fieri ut ĩ modeſtis hic te moderere moribus.
Ph. Auro contra cedo modeſtũ amatorem:a me auꝛ accipe.
P. Cedo mihi contra orichalco cui ego ſane ſeruiã.
Pl. Bene uale ocule mi:nam ſonitum & crepitũ clauſtroꝛ audio
Edituũ aperire fanũ quouſq; quęſo ad hunc modũ

Inter nos amore utimur ſemper ſurreptitio?
Ph. Minime.nam paraſitũ miſi nudiuſquartus cariã.
Petere argentũ.is hodie hic aderit.Pl.nimiũ conſultas diu.
Ph. Ita me uenus am&:ut ego te hoc triduũ nunꝯ ſinã
In domo eſſe iſtac:quin ego te liberalẽ liberẽ.
Pl. Facito ut memineris:tene etiã priuſ ꝙ hinc abeo ſauiũ.
Ph. Siquidẽ hercle mihi regnũ detˇ:nunq̃ id potius perſequar.
Quando ego te uidebo?Pl.hem iſtoc uerbo uindictam para.
Si amas eme:ne rogites:facito ut precio peruĩcas tuo.
Bene uale.Ph.iã ne ego relinquor pulchre?palinure occidi.
P. Ego quidẽ qui et uapulando et ſomno pereo.Ph.ſequere me.

Cappadox leno.et Palinurus ſeruus.

Ca. Igrare certũſt iãnunc e fano foras.
Quando ęſculapi ita ſentio ſententiã.
Vt qui me nihili faciat:nec ſaluom uelit.
Valetudo decreſcit.adcreſcit labor.
Nam iam quaſi zona liene cinctus ambulo.
Geminos in uentre habere uideor filios.
Nihil metuo:niſi ne medius diſrũpar miſer.
Pa. Si recte facias phedrome auſcultes mihi.
Atq; iſtam exturbes ex animo ęgritudinem.
Paues paraſitus quia non rediit caria
Adferre argentum credo:nam ſi non ferat:
Tormento non retineri potuit ferreo.
Quin reciper& ſe huc eſum ad pręſepe ſuũ.
Ca. Quis hic eſt qui loquitˇ?Pa.quo iam uocem audio.
Ca. Eſt ne hic palinurus phedromi?Pa.qui hic eſt homo?
Cum collatiuo uentre:atq; oculis herbeis?
De forma noui:de colore non queo
Nouiſſe:iamiam noui.leno eſt cappadox.
Congrediar.Ca.ſalue palinure.P.o ſceleꝙ caput.
Salueto:quid agis?Ca.uiuo.P.nẽpe ut dignus es.
Sed quid tibi eſt.Ca.lien necat.renes dolẽt:
Pulmones diſtrahuntˇ:cruciatˇ iecur.
Radices cordis pereũt.cbrię omnes dolẽt.
Pa. Tũ te igitˇ morbus agitat epatarius.
Ca. Facileſt miſerum irridere.Pa.quin tu aliquot dies.
Perdura:dum ĩteſtina exputreſcũt tibi.
Nũc dum ſaltura ſat bonaſt.ſi id feceris.
Venire poteris ĩteſtinis uiluis.
Ca. Lien diruptus.Pa.ambula.id lieni optumũſt.

Ca. Aufer iſtęc quęſo:atq; hoc reſpõde quod rogo.
Potin coniecturam facere:ſi narrem tibi?
Hac nocte quod ego ſomniaui dormiens?
Pa. Vah ſolus hic homoſt qui ſciat diuinitus.
Quin coniectores a me conſilium petunt.
Quod eis reſpondi:ea omnes ſtant ſententia.

Coquus.Cappadox.Palinurus.Phędromus.

Co. p Alinure quid ſtas quin depromuntur mihi.
Quę opus ſunt paraſito:ut ſit paratũ prandiũ.
Quom ueniat.Pa.maneſis dum huic coniicio ſomniũ.
Tute ipſe ſiquid ſomniaſti ad me refers.
Ca. Fateor.Co.abi deprome.P.age tu ĩterea huic ſomniũ
Narra:meliorẽ q̃ ego ſum ſuppone tibi.
Nã quod ſcio omne ex hoc ſcio.Ca.operã ut det.Pa.dabit.
Ca. Facit hic quod pauci ut ſit magiſtro obſequens.
Da mihi igit operã.Co.tãetſi nõ noui:dabo.
Ca. Hac nocte in ſomnis uiſus ſũ uiderier.
Procul ſedere longe a me ęſculapiũ.
Neq; eũ ad me adire:neq; me magnipẽdere.
Pa. Vſuſt.Co.item alios deos facturos ſcilic&.
Sane illi inter ſe cõgruunt concorditer.
Nibil eſt mirandũ melius ſi nibil ſit tibi.
Nanq; incubare te ſatius fuerat ioui
Qui tibi auxilio in iureiurando fuit.
Ca. Siquidẽ ĩcubare uelint qui periurauerunt.
Locus nõ pręberi potis eſt in capitolio.
Co. Hoc animũaduorte pacẽ ab ęſculapio
Petas:ne forte tibi eueniat magnũ malũ.
Quod ĩ quiete tibi portẽtũſt.Ca.benefacis.
Ibo atq; orabo.Co.quę res male uortat tibi.
Pro di ĩmortales quẽ cõſpicio?qui illic eſt?
Eſt ne hic paraſitus qui miſſus eſt in cariam?
Heus phędrome exi exi.inquã ocius.
Ph. Qui iſtic clamorẽ tollis?Co:paraſitũ tuũ
Vide occurrentẽ:ellũ uſq; ĩ platea ultima.
Hinc auſcultemus quid agat.Ph.ſane cenſeo.

Curgulio.Phędromus.Palinurus ſeruus.

d Ate uiã mihi noti atq; ignoti:dũ ego hic officiũ meũ.
Facio:fugite omnes:abite:& de uia ſecedite.
Ne quẽ in curſu capite:aut cubito:aut pectore offendã:aut genu.
Ita nũc ſubito ,ppere & celere obiectũſt mihi negociũ.

Nec quisq̃ tã opulẽtus qui mihi obſiſtat in uia.
Nec ſtrategus:nec tyrãnus qſq̃:nec agoranomus.
Nec demarchus:nec comarchus:nec cũ tãta gloria.
Quin cadat:quin capite ſiſtat ĩ uiã de ſemita.
Tũ iſti grẽci palliati capite operto qui ambulant:
Qui incedunt ſuffarcinati cum libris:cum ſportulis:
Conſtant:conferunt ſermones inter ſe drapetę.
Obſtant:obſiſtunt:incedunt cum ſuis ſententiis
Quos ſemper uideas bibẽtes eſſe in hermopoleo.
Vbi quid ſubripuere operto capitulo calidũ bibunt.
Triſtes atq; ebrioli incedunt.eos ego ſi offendero:
Ex uno quoq; eorũ eiiciam crepitũ polentarium.
Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurray in uia.
Et datores & factores omnis ſubdã ſub ſolium.
Proinde domi contineant:uitẽt infortunia.
Ph. Recte hic monſtrat ſi ĩperare poſſit:nã ita nunc mos uig&
Ita nunc ſeruitiũſt.ꝑfecto modus haberi non poteſt.
Cur. Ecquis eſt qui mihi cõmoſtr& phedromũ geniũ meũ?
Ita res ſubita eſt celeriter:mihi hoc homine conuẽto eſt opus.
Pa. Te ille quęrit.Ph.qd ſi adeamus?heus curgulio te uolo.
Cur. Quis uocat:qs nominat me?Ph.q te conuẽtũ cupit.
Cur. Haud magis cupis q̃ ego te cupio.Ph.o mea opportunitas.
Curgulio exoptate ſalue.Cur.ſalue.Ph.ſaluũ gaudeo
Te aduenire.cedo tuã mihi dextrã:ubi ſunt ſpes meę?
Eloquere obſecro hercle.Cur.eloq̃re te obſecro:ubi ſũt meę?
Ph. Quid tibi ẽ?Cur.tenebrę oboriũt:genua media ſuccidũt.
Ph. Laſſitudine hercle credo.Cur.retine retine me obſecro.
Ph. Viden ut expalluit?datin iſti ſellã:ubi aſſidat cito.
Et aqualẽ cũ aqua?ꝑperatin ocius?Cur,animo male ẽ.
Ph. Vin aquã?Cur.ſi fruſtulẽta ẽ da obſecro:hercle obſorbeã.
Ph. Ve capiti tuo.Cur.obſecro hercle facite uẽtũ ut gaudeã.
Ph. Maxime.Cur.qd facitis quęſo?Pa.uẽtũ.Cur.nolo equidẽ mihi
Fieri uẽtulũ.Ph.qd igit uis?Cur.eſſe ut uẽtũ gaudeã.
Ph. Iuppiter te:diq; perdãt.Cur.perii:ꝑſpicio pay.
Os amay habeo:dẽtes plenos:lippiũt fauces fame:ita cibi
Vacuitate uenio laſſis lactibus.Ph.iã edes aliquid.
Cur. Nollo hercle aliquid:certũ q̃ aliquid mauolo.
Ph. Immo ſi ſcias reliquię quę ſint.Cur.ſcire nimis lub&
Vbi ſiẽt.nã illis cõuẽtis ſane opus eſt meis dẽtibus.
Ph. Pernã:abdomẽ:ſuis glandiũ.Cur.ain tu omnia hęc?
In carnario fortaſſe dicis.Ph.ímo ílancibus quę tibi ſũt.

Parata poſtq̃ ſcimus uẽtuꝝ.Cur.uide ne me
Ph. Ita me amabit quã ego amo ut baud mentior.
Sed quo te miſi nihilo ſũ certior.Cur.nihil attuli.
Ph. Perdidiſti me.Cur.inuenire poſſim ſi mhi operã datis.
Poſtq̃ tuo iuſſu ꝓfectus ſum perueni in cariã.
Video tuũ ſodalẽ.argẽti rogo uti copiã faciat.
Scires uelles gratiã tuam noluit fruſtrarier.
Vt dec& uelle hominẽ amicũ amico atq; opitularier.
Reſpondit mihi paucis uerbis.atq; adeo fideliter.
Quod tibi eſt:itẽ ſibi eſſe magnã argẽti inopiam.
Ph. Perdis me tuis dictis.Cur.ímo ſeruo et ſeruatũ uolo.
Ph. Poſtq̃ mihi reſpõſũ eſt:abeo ab illo moeſtus ad foꝝ.
Me illo fruſtra adueniſſe.forte aſpicio militẽ.
Aggredior hominẽ.ſaluto adueniẽs.ſalue inquit mibi.
Prehẽdit dextrã.ſeducit:rogat quid ueniã cariam.
Dico me illo adueniſſe animi cauſa:ibi me ĩterrogat.
Ecquẽ in epidauro lyconẽ trapezitã noueri.
Dico me nouiſſe.qd lenonẽ cappadocẽ?annuo
Viſitaſſe.ſed quid eũ uis?quia de illo emi uirginẽ.
Trigíta minis:ueſtẽ:auꝝ:& ꝓ bis decẽ coaccedunt minę.
Dediſti tu argẽtũ íquã?ímo apud trapezitam ſitũ eſt.
Illũ quẽ dixi lyconem:atq; ei mandaui qui anulo meo
Tabellas obſignatas obtuliſſet ut dar& operã
Vt mulierẽ a lenone cũ auro:et ueſte abducer&.
Poſtq̃ hoc mihi narrauit abeo ab illo.reuocat me ilico.
Vocat me ad coenam:religio fuit:denegare nolui.
Quid ſi adeamus:ac decũbamus íqt.conſiliũ plac&.
Neq; diẽ dec& me memorari:neq; nocti nocerier.
Omnis res parataſt:et nos quibus paratũ eſt aſſumus.
Poſtq̃ coenati:atq; appoti:talos poſcit ſibi í manũ.
Prouocat me in aleã:ut ego ludam:pono pallium.
Ille ſuũ anulũ oppoſuit:inuocat planeſiũ.
Ph. Meos ne amores?Cur.tace parũper:iacit uoltorios quattuor.
Talos arripio:inuoco almam meam nutricem herculem.
Iacto baſilicũ:ꝓpino magnũ poculũ.ille ebibit.
Caput deponit:quũ dormiſcit:ego ei ſubduco anulũ.
Deduco pedes de lecto clam ne mileſ ſentiat.
Rogant me ſerui quo eam:me dico ire quo ſaturi ſolent.
Oſtiũ ubi cõſpexi:exinde me illico ꝓtinã dedi.
Ph. Laudo.Cur.laudato quando id quod cupis effecero.
Eamus nunc ítro ut tabellas cõſignemus.Ph.nõ moror.

Cur. Atq; aliquid prius obtrudamus pnã:ſumen:glandiũ.
Hęc ſunt uentri ſtabilimenta:panẽ & aſſa bubula.
Poculũ grande:aula magna:ut ſatis cõſilia ſuppetant.
Tu tabulas cõſignato.hic miniſtrabit.ego edã.
Dicã quẽadmodũ conſcribas:ſeq̃re me hac intro.Ph.ſequor.

Lyco.Curgulio.Leno.

Ly. b Eatus uideor ſubduxi ratiunculã.
Quantũ ęris mihi ſit:quantũq; alieni ſiet.
Diues ſum:ſi non reddo eis quibus debeo.
Si reddo illis quibus debeo plus alieni eſt.
Veꝝ hercle uero cõuellere cogito.
Si magis me inſtabunt ad prętorẽ ſufferã
Habent hunc morẽ plęriq; argẽtarii.
Vt alius aliũ poſcant:reddant nemini.
Pugnis rẽ ſoluant ſiquis poſcat durius.
Qui homo mature quęſiuit pecuniam.
Niſi eam mature parſit:mature eſurit.
Cupio aliquẽ emere puerũ qui uſurarius
Nunc mihi quęrat̃:uſus eſt etiam pecunia.
Cur. Nil tu me ſatuꝝ monueris:memini:& ſcio.
Ego hoc effectũ lepide tibi tradã.tace.
Edepol ne ego hic me intus expleui ꝓbe.
Et equidẽ reliqui in uẽtre cellę uni locũ.
Vbi reliquiaꝝ rẽliquias reconderẽ.
Quis hic eſt qui operto capite ęſculapiũ ſalutat?
Atat quẽ quęrebã ſequere me ſimulabo quaſi non noueri
Heus tu te uolo.L.une ocule ſalue.Cu.quęſo derides ne me?
L. De coclitũ ꝓſapia te eſſe arbitror:nã bi ſũt unoculi.
Cur. Catapulta hoc ictũ eſt mihi apud ſityonẽ.L.nã quid
Id refert mea?an aula quaſſa cũ cinere effoſſus ſiet?
Cur. Superſtitioſus hic quidẽ eſt:uera prędicat:nã illęc catapultę
Ad me crebro commeant:adoleſcens ob rẽpublicã.
Hoc ítus mihi quod ſignificare habeo quęſo ne me ícomities.
L. Licꝫ ne íforare ſi incomitiare non licꝫ?Cur.non inforabis
Me qdem.non mihi placẽs tuũ ꝓfecto nec foꝝ:nec comitiũ.
Sed hũc quęro cõmonſtrare ſi potes:inibis a me ſolidã
Et grãdẽ gratiã:lyconẽ quęro trapezitã.Ly.dic mihi
L. Quid eũ nũc quęris:aut cuiatis?Cur.eloquar ab thera
Pontigono platagidoro milite.L.noui edepol nomẽ.
Nã mihi iſtoc nomine dũ ſcribo expleui totas ceras quattuor.
Sed quid lyconẽ quęris?Cur.mandatuſt mihi.

Vt has tabellas ad eũ ferã.L.quis tu homo es?
Cur. Libertus illius:quẽ omnis ſũmanũ uocant.
L. Sũmane ſalue.qui ſũmanus fac ſciam.
Cur. Quia ueſtimẽta ubi obdormiui ebrius.
Sũmano ob eam rem me omnes ſũmanum uocant.
L. Alibi te meliuſt quęrere uel hoſpitiũ tibi.
Apud me ꝓfecto nihil eſt ſummano loci.
Sed iſtum quem quęris ego ſum.Cur.quęſo tu ne is es?
Lyco trapezita.Ly.ego ſum.Cur.multam me tibi
Salutem iuſſit therapontigonus dicere.
Et has tabellas dare me iuſſit.Ly.mihin?Cur.ita.
Cape.ſignum noſce.noſtin?Ly.quid ni nouerim?
Clipeatus elephantum tibi machera diſſicit.
Cur. Quod iſtic ſcriptũ eſt id te orare iuſſerat.
Profecto ut faceres ſuam ſi uelles gratiam.
Ly. Concede:inſpiciam quid ſit ſcriptum.Cur.maxime.
Tuo arbitratu dum auferam abs te id quod peto.
Miles lyconi in epidauro hoſpiti.
Suo therapontigonus platagidorus plurimam
Salutem dicit.meus hic eſt.hamum uorat.
Tecum oro:& quęſo qui has tabellas adferet
Tibi ut ei detur quam iſtic emi uirginem.
Quod te pręſente iſtic egi:teq; interprete.
Et aurum & ueſtem:iam ſcis ut conueneris.
Argentum des lenoni:huic des uirginem.
Ly. Vbi ipſus?cur non uenit?Cur.ego dicã tibi qa nudiuſquartus
Venimus in cariam ex india:ibi nunc ſtatuam uolt dare auream
Solidam faciundam ex auro philippeo quę fiet
Septempedalis factis monumentũ ſuis.
Ly. Quamobrem iſtuc?Cur.dicam.quia enĩ perſas:paphlagonas:
Synopas:arabes:caras:cretanos:ſyros:rhodiam:atq; lyciam
Perrhediam:& perheleſiam:contauromachiam:& claſſiam.
Onomammiam:libyamq; oram omnem conterebrominiam.
Dimidiam partem nationum uſq; omnium ſubegit ſolus.
Intra uiginti dies.Ly.uah.Cur.quid mirare?
Ly. Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidem ut pulli
Gallinacei ita non potuere uno anno circumirier.
Credo hercle te eſſe ab illo:nam ita nugas blattis.
Cur. Immo etiam porro ſi uis dicam.Ly.nihil moror.
Sequere hac redabſoluam qua adueniſti gratia.
Atq; eccũ uideo.leno ſalue.Le.di te ament.

Ly. Quid hoc quod ad te uenio? Le. dicas quid uelis.
Ly. argẽtum accipias cum illo mittas uirginem.
Le. Quid quod iuratus sum? Ly. quid id refert tua?
Dum argentum accipias? Le. qui mon& quasi adiuuat.
Sequimini. Cur. leno caue ĩ te sit morari mihi.

Miles.

e Depol nugatorẽ lepidum: lepide hũc nactus est phedromus.
Kalophãtam: an sycophãtam hũc magis hoc esse dicã nescio.
Ornamẽta quę locaui: metuo haud possim recipere.
Q̃ q̃ cum istoc mihi negocii nihil est. ipsi phedromo
Credidi: tamen asseruabo: sed hic dum egredit͂ foras.
Commostrabo quo in quenq; hominem inueniatis loco:
Ne nimio opere sumat operam: siquem conuentum uelit.
Vel uitiosum: uel sine uitio: uel ꝓbum: uel improbum.
Qui periurum cõuenire uult hominem: mitto in comitium.
Qui mendacem & glorioſum: apud cluacinę sacrũ.
Ditis damnosos maritos sub basilica quęrito.
Ibidem erunt scorta exoleta. quiq; stipulari solent.
Symboloꝝ collatores apud foꝝ piscarium.
In foro infimo boni homines: atq; dites ambulant.
In medio ꝓpter canalem ibi ostentatores meri
Confidentes garruliq; & maleuoli supra lacum:
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam.
Et qui ipsi sat habent: quod ipsis possit uere dicier.
Sub ueteribus ibi sunt qui dant: quiq; accipiunt foenore:
Pone ędem castoris. ibi sunt subito quibus credas male.
In tusco uico ibi sunt homines: qui ipsi sese uenditant.
In uelabro: uel pistorẽ: uel lanium: uel haruspicem.
Vel qui ipsi uortant: uel qui alii subuersent͂ prębeant.
Ditis damnosos maritos apud leucadiam oppiam
Sed interim fores crepuere: linguę moderandum est mihi.

Curgulio. Lyco. Cappadox.

Cur. ĩ Tu prę uirgo: non queo quod pone me est seruare.
Et auꝝ: & uestem: omnẽ suam esse aiebat. quicqd hęc haberet.
Li. Nemo it ĩficias. Cur. attamen meliusculũ est monere.
Memento ꝓmisisse te si quisq̃ hanc liberali
Causam manu adserer & mihi omne argẽtum redditum iri
Minas triginta. Ca. meminero. de istoc quietus esto.
Et nunc idem dico. Ly. et cõmemmisse ego hęc uolã te.
Ca. Memini & mancipio tibi dabo. Cur. egon ab lenone quicq̃
Mancipio occipiam: quibus sui nihil est nisi una lingua.

Qui abiurant ſi quid creditum eſt: alienos mancupatis.
Alienos mannmittitis: alieniſq; imperatis.
Nec uobis auctor ulluſt: nec uoſm& eſtis ulli.
Itẽ genus eſt lenonum inter homines meo quidem animo
Vt muſcę: culices: pedeſq;: puliceſq;.
Odio & malo & moleſtię: bono uſui eſtis nulli
Nec uobiſcũ quiſq̃ in foro frugi conſiſtere aud&.
Qui conſtitit culpat̃ eum: conſpicit̃: uituperat̃.
Eum rem fidẽq; perdere: tãetſi nibil fecit aiunt.
Ca. Edepol lenones meo animo nouiſti luſce lepide.
Ly. Eodem hercle uos pono: & paro. pariſſimi eſtis iibus
Hi ſaltem ĩ occultis locis proſtant: uos in foro ipſo.
Vos foenore: bi male ſuadendo: et luſtris lacerant homines.
Rogitationis plurimas propter uos populus ſciuit.
Quas uos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam.
Quaſi aquam feruentem frigidam eſſe: ita uos putatis leges.
Tacuiſſe mallem. Cur. au male meditantem male dicax es.
Ly. Indignis ſi male dicit̃: maledictum id eſſe dico.
Vey ſi dignis dicit̃ benedictũſt meo quidẽ animo.
Cur. Ego mancipem te nibil moror: nec lenonẽ aliũ quenq̃.
Lyco: nũquid uis? L. bene uale. Cur. uale. Ca. heus tu tibi ego dico.
Cur. Eloquere quid uis. Ca. quęſo ut hanc cures bene ſit iſti.
Bene ego iſtã eduxi meę domi & pudice. Cur. ſi huius miſer&.
Ecqd das quod bene ſit? Ca. malũ. Cu. tibi op9 ẽ hoc qd̃ te ꝓcureſ.
Ca. Quid ſtulta ploras? ne time: bene hercle uẽdidi ego te.
Fac ſis bonę frugi ſies: ſequere iſtũ bella belle.
Ly. Sũmane nũquid nunc iam me uis? Cur. uale.
Nã & operã et pecuniam benigne prębuiſti.
Ly. Salutẽ multam dicito patrono. Cur. nuntiabo.
Nũ quid uis leno? Ca. iſtas minas decẽ qui me ꝓcurẽ
Dum melius ſit mibi des. Cur. dabuut̃ cras peti iubeto.
Ca. Quando bene geſſi rẽ uolo bic ĩ fano ſupplicare.
Nam illam minis olim decẽ puellam paruolam emi.
Sed eũ qui mibi uendidit illã nunq̃ poſt illa uidi.
Periiſſe credo. quid id mea refert? ego argẽtũ babeo.
Quoi bomini dei ſunt ꝓpicii: lucrũ ei ꝓfecto obiiciunt:
Nunc rei diuinę operã dabo: certũ ſit bene me curare.

Miles. Terapontigonus. Lyco trapezita.

Mi. n On ego nunc mediocri ĩcedo iratus iracũdia.
Sed eapſe illa qua excidionem facere cõdidici oppidis.
Nunc niſi tu mibi ꝓpere ꝓperas dare iã triginta minas.

Quas ego apud te depoſui:uitam ꝑpa ponere.
Ly. Non edepol nũc ego te mediocri macto infortunio.
Sed eapſe illa qua mactare ſoleo:quoi nihil debeo.
Mi. Ne te mihi facias ferocẽ haud ſupplicare cenſeas.
L. Nec tu me quidẽ unq̃ ſubiges redditum ut reddam tibi.
Nec daturus ſum.M.idem ego iſtuc quom credebã credidi.
Te nihil eſſe redditurꝝ.Tra.quur nunc a me igit̃ petis?
M. Scire uolo quoi reddidiſti.T.luſco liberto tuo.
Is ſũmanũ ſe uocari dixit:ei reddidi.
Qui has tabellas obſignatas attulit.M.q̃s tu mihi tabellas:
Quos tu mihi luſcos libertos:quos ſũmanos ſomnias?
Nec mihi quidẽ libertus eſt ullus.T.facis ſapiẽtius.
Q̃ pars lenonũ libertos qui habent:& eos deſerũt.
Mi. Quid feciſti?Ly.quod mandaſti feci tui honoris gratia.
Tuũ qui ſignũ ad me attuliſſet nuntiũ ne ſpernerẽ.
M. Stultior ſtulto fuiſti qui iis tabellis crederes.
T. Quis reſpublica et priuata gerit̃:nõne iis crederẽ?
Ego habeo tibi res ſolutas recte.bellator uale.
Mi. Quid ualeã?Tr.at tu ęgrota ſi uiues per me quidẽ ętatẽ.
M. Quid ego nũc faciam?qd refert me feciſſe regibus.
Vt mihi obedirent:ſi hic me hodie umbraticus deriſerit?

Cappadox leno.Miles.

Ca. q Vęi homini dii ſũt ꝑpicii:ei nõ eſſe iratos puto.
Poſtq̃ rẽ diuinam feci:uenit in mẽtẽ mihi.
Ne trapezita exultatũ abierit:argẽtũ ut petat.
Vt ego potius comendam:q̃ ille:iuſſerã ſaluere te
Therapontigone platagidore ſalue.ſaluus quomodo aduenis
In epidauꝝ?hic hodie apud me nunq̃ delingẽs ſalem.
M. Bene uocas:ueꝝ uocata res ẽ.ut male ſit tibi.
Sed quid agit meũ mercimoniũ apud te?C.nihil apud me qdẽ.
Ne facias teſtis:neq; equidẽ debeo quicq̃.M.quidẽ eſt.
C. Quod fui iuratus feci.M.reddin an nõ uirginẽ?
C. Prius q̃ te huic meę macherę obicio maſtigia?
Vapulare ego te uehementer iubebo:ne me territes.
Illa abducta eſt.tu auferere hinc a me ſi perges mihi
Male eloqui ꝑfecto:cui ego niſi malũ nihil debeo.
Qui plus uident q̃ quod uidẽt.Sce.nũq̃ hercle deterebor.
Quin uideri id quod uideri.Phi.ego stulta moror multũ.
Quę cũ hoc insano fabulẽ.quẽ pol ego capitis perdã.
Sce. Noli minitari.scio crucẽ futurã mihi sepulchrũ.ibi mei
Maiores sũt siti.pater.auus.proauus.abauus.
Non mihi possunt minaciis tuis hisce oculi fodiri.
Sed paucis uerbis te uolo palestrio.obsecro ũde exit hẽc?
Pal. Vnde nisi domo.Sce.domo.Pal.me uidẽte uideo.
Sce. Miꝝ est facinus quomodo hẽc hic transire potuerit.
Nam certo neq; solariũ apud nos neq; ortus ullus neque
Fenestra nisi clarata.nam certo ego te intus uidi.Pal.pgin
Scelestе intẽdere.& banc arguere .Phi.e castor.ergo mihi
Haud falsũ euenit somniũ:quod noctu hac somniaui.
Pal. Quid somniauisti?Phi.ego eloquar:sed amabo aduortito
Animũ.hac nocte in somnis mea soror gemina & germana
Visa uenisse athenis in ephesum cũ suo amatore quodã.
Hi ambo hospitio huc in ꝑximũ mihi diuorti sũt uisi.
Sce. Palestrioni somniũ narrat .Pal.pge porro.Phil.ego lęta
Visa:quia soror uenisſ&.ꝑpter eandẽ suspicionẽ maxumã
Sũ uisa sustinere.nã arguere in somnis me familiaris meus
Mihi uisus est.me cũ alieno adolescẽtulo:quasi nec est
Osculatã esse.cũ illa osculata mea soror gemina esset suũ
Amicũ.ita me insimulatã pererã esse somniaui.
Pal. Satim eadem uigilanti expetũt:quę in somnis uisa memoras.
Heus hercle pręsenti iam omnia abi intro.et comprecare
Narandũ ego istuc militi cẽsebo.Phi.facere certũ:neq;
Me quidẽ patiar perdi falso:impune insimulatã.Sce.timeo quid
Reꝝ gesserim ita dorsũ totum prurit.Pal.scin te perisse nũc
Quid est domi certo?Sce.certa res est nũc.nostrũ obseruare hostiũ.

Vbi eſſet.Pal.at ſceledre quęſo ut ad id exẽplũ ſomnium
Quaſi ſimile ſomniauit.atq; ut tu ſuſpicatus es eam uidiſſe
Oſculantẽ.Sce.me eã nõ uidiſſe arbitraris?Pal.nę tu hercle opinor
Obſecro reſpice ſi ad herũ hęc res peruenit.periſti pulchre
Sce. Nunc demũ experior prius ob oſculos caliginem obtigiſſe.
Pal. Dudum edepol planum hoc quidem:quę huc uſq; fuerit intus.
Sce. Nihil habeo certi.quid loquar.non uideam.et ſi uidi.
Pal. Nę te edepol ſtultitia tua pene perdidit.dum te fidem
Facere hero uoluiſti.abſumptus es pene.ſed fores
Vicini proximi concrepuerunt.conticeſcam.

Philocomaſium.Paleſtrio.Sceledrus.

Nde ignẽ ĩ arã.ut epheſię dianę latas laudes gratesſq; agam.
Eiq; ut arabico fumificẽ odore.amoena quę me in locis
Neptuniis templiſq; turbulentis ſeruauit ſaeuis fluctibus.
Vbi ſum afflictata multũ.Sce.Paleſtrio o paleſtrio
Pal. O ſceledre.quid uis?Sce.hęc mulier quę hinc exit modo
Eſt ne herilis concubina philocomaſium
An non eſt iſta.Pal.hercle opinor.ea uidet᷑.ſed facinus
Miꝛ eſt:quomodo hęc hinc nunc tranſire potuerit.ſiquidẽ ea eſt.
An dubiũ tibi eſt.eam eſſe hanc.Pa.ea uidetur.ſed facinus
Miꝛ eſt quomodo hęc hinc tranſire potuerit ſiquidẽ ea eſt.
Sce. An dubium tibi eſt eam hanc.Pa.ea uidetur.at eamus
Appellemus.heus quid iſtuc.et philocomaſiũ?quid tibi iſtic
In biſce ędibus debetur?quid negocii eſt?qd nũc taces.tecũ loquor.
Pal. Immo edepol tute tecũ.nam hęc nihil reſpõdet.
Sce. Te alloquar.uitii ꝓbriq; plena:quę circum uicinos uages.
Phi. Qui cũ tu fabularis.Sce.qui cũ niſi tecũ?Ph.quis tu homo es
Aut mecũ quid eſt negocii?Sce.men rogas.hem qui ſim?
Phi. Quin ego hoc rogẽ quę neſciam.Pal.quis ego ſũ igit᷑ ſi tu
Hunc ignoras?Phi.mihi odioſus qſquis es.& tu & hic.Sce.nõ nos
Nouiſti.Phi.neutrũ.Sce.metuo maxume.Pal.quid metuis?
Sce. Enĩ ne noſmet pdiderimus uſpiã.nam neq; te.neque me
Nouiſſe ait.Pal.perſcrutari hic uolo ſceledre nos.noſtri
An alieni ſumus:ne dũ quiſpiam nos uicinorũ ĩ prudentis
Aliquis ĩmutauerit.Sce.certe equidẽ noſter ſũ.
Pal. Et pol ego.quęris tu mulier malũ.tibi dico heus philocomaſiũ?
Phi. Quę te ĩtẽperię tenẽt:qui me perperã ꝓplexo
Nomine appelles?Pal.eo qui igit᷑ uocare.philocomaſiũ dicere
Nomẽ ſi iniuria eſt falſũ nomẽ poſſidere philocomaſium
Poſtulas:at iſtuc nõ decet.& meo hero facis ĩiuriã.
Phi. Ego ne.Pal.tu.Phi.quę heri athenis epheſũ aduenĩ

Veſperi cum meo amatore adoleſcente athenienſi.
Pal. Dic mihi quid hic tibi in epheſo eſt negocii? Phi. geminã
Germanam meã hic ſororẽ eſſe inaudiui. eam ueni quęſitũ.
Pal. Mala es. Phi. ĩmo ecaſtor ſtulta multũ: quę uobiſcũ
Fabulẽ abeo. Sce. abire nõ ſinam te. Pal. mitte ſceledre
Manifeſtaria res eſt. Sce. non omitto. Ph. at iã crepabunt
Manus male tibi. niſi me omittis. Sce. quid malũ adſtas:
Quin detines altrinſecus? Pal. nihil moror negocioſũ
Mihi eſſe tergũ: qui ſcio. an iſta nõ ſit philocomaſium.
Atq; alia eius ſimilis ſit. Phi. mittis me. an nõ mittis?
Sce. Immo ui atq; ĩuitã. ingratis: uolutatim te rapiam domũ.
Hoſtiũ hoc mihi eſt domiciliũ. athenis domus eſt. ac herus.
Phi. Ego iſtã domũ neq; moror: neq; uos qui homines ſitis
Noui: neque ſcio. Sce. lege agito te nuſq̃ mittã.
Niſi das firmatã fidẽ. te huc ſi uiſero intro iturã.
Phi. Vi me cogis. qſqs es. do fidẽ ſi omittis iſtoc me ĩtro iturã. quo iubeſ
Sce. Ecce omitto. Phi. at ego habeo miſſa. Sce. muliebri feciſti fide.
Pal. Sceledre manibus amiſiſti prędã. Sce. tã ea eſt noſtra: q̃ potis
Herilis cõcubina. uin tu facere hoc ſtrenue. Pa. qd faciã? Sce affer m̃
Machęrã huc ĩtus. Pal. qd facies ea? Sce. ĩtrorũpã
Recta in ędis. quẽq; hic ĩtus uidero cũ philocomaſio oſculantẽ.
Eũ ego obtruncabo extẽplo. Pal uiſa ne ea eſt? Sce. ĩmo
Edepol plane ea eſt. Pal. ſed quomodo diſſimulabat? Sce. abi
Machęram huc affer. Pal. iã faxo hic erit. neq; eques neque
Pedes ꝓfectus quiſq̃ tãta audacia: qui ęque faciat confidẽter
Q̃q̃ mulieris faciũt. ut utrobiq; rationẽ docte diũt.
Nã ut ſublinit̃ os cuſtodi. cauto cõſeruo meo nimis beat
Quod cõmeatus ẽ trãſ parietẽ. Se. heus paleſtrio machęra nihil op?
Pal. Quid iã. aut quid opus eſt? Sce. domi eccã herilẽ concubinam.
Pal. Quid domi? Sce. in lecto cubat. Pal. edepol ne tu tibi malã rẽ
Reperiſti ut prędicas. Sce. q̃ iam. Pal. quia hanc attingere
Auſus mulierẽ hic in ꝓxumo. Sce. magis hercle metuo. ſed nũq̃
Quiſq̃ faci&: quin ſoror iſta ſit germana huius.
Pal. Eam pol tu oſculantẽ hic uideras. & qdem palam eſt.
Eam eſſe ut dicis. Sce. quid ꝓpius fuit: q̃ ut perirem
Si locutus fuiſſem hero? Pal. ergo ſi ſapis. muſſitabis plus opportet
Scire ſeruũ q̃ loqui. ego abeo. ne quid tecũ cõſilii
Cõmiſceã. atq; apud hunc uicinũ. tuę mihi turbę nõ placẽt.
Herus ſi ueni&. ſi me quęrit. hic ero. hic me accerſito.

Sceledrus. Periplectomenus. ſenex.

Atĩ abiit ille: neq; herile negociũ pl? curat: q̃ ſi nõ ſuitute ſuiat.

Certo quidẽ illa hic noſtra intus eſt in ędibus.nam ego excubantẽ
Eam domo offendi.certũſt nunc obſeruationi operam dare.
Peri.Non hercle biſce homines.me marẽ ſed foeminã uicini rentʼ eſſe
Serui militis.ita me ludificant.mea ne hic in uia hoſpita.
Quę heri huc athenis cũ hoſpite aduenit meo.tracta & ludificata.
Ingenua et libera.Sce.perii hercle.hic ad me recta abiit uia.
Metuo illec mihi res:ne malo magno ſuat.quãtũ hũc audiui:facere
uerborum ſenem
Accedam hominẽ.Peri.tun ſceledre huc ſcelerum caput.
Meam ludificaſti hoſpitam ante ędis modo.
Sce. Vicine auſculta quęſo.Per.ego auſcultem tibi.
Sce. Expurgare uolo me.Per.tu ne te expurges mihi
Qui facinus tantũ tamq; indignum feceris?
An qa latrocinari arbitramini.quid uis licere facere uobis uerbero.
Sce. Lic& ne?Per.at ita di deęq; me oẽs amẽt:niſi mihi ſuppliciũ
Virgaꝝ de te datʼ longũ diutinũq; a mane ad ueſpeꝝ.
Qꝝ meas confregiſti imbrices & tegulas.ibi dũ cõdignã te
Sectaris ſimiam.quodq; inde inſpectauiſti meũ apud
Me hoſpitẽ amplexũ:amicã cũ oſculabatʼ ſuã.
Qꝝ q; concubinam herilẽ inſimulare auſes es ꝓbri pudicã.meq;
Sũmi flagitii.tũ ꝙ tractauiſti hoſpitam ante ędis meas.
Niſi tibi ſuppliciũ ſtimuleũ dedatʼ.dedecoris pleniorẽ beꝝ
Faciam tuũ:q̃ magno uẽto plenũ undaꝝ mare.
Sce. Ita ſum coactus periplectomene:ut neſciam utꝝ ne poſtulare
Prius tecũ ęquũſt.niſi iſtec non eſt bęc.neque iſta ſe mihi
Me expurgare.hoc tibi uidetʼ ęquius ſicut etiam nũc.neſcio
Quid uiderí.ita iſta huius ſimilis noſtrę tua.ſi quidẽ nõ eadẽ eſt
Per. Viſe ad me intro iam ſcies.Sce.lic& ne.Per.neque te inhibeo
Perplacide noſcita.Sce.ita facere certũ ẽ.Pe.heꝰ philocomaſiũ cito
Tranſcurre curriculo ad nos.ita negociũ eſt. poſt quãdo
Exierit ſceledrus a nobis.cito tranſcurrito aduerſũ curriculo domũ:
Nunc pol ego metuo ne quid infucauerit.ſi hic nõ uidebit
Mulierẽ aperitʼ dolus.Sce.pro di ímortales ſimiliorẽ
Mulierẽ magiſq; eandẽ q̃ noſtrę ea eſt nõ reor
Deos facere poſſe.Per.quid nũc?Sce.cõmerui malum.
Per. Quid igitʼ ean eſt?Sce.et ſi ea eſt.nõ ea eſt.Per.uidiſtin iſtam?
Sce. Vidi illam hoſpitẽ cõplexam atque oſculautẽ.Per.ea ne eſt
Sce. Neſcio.Per.uin ſcire plane?Sce.cupio.Per.abi intro ad uos domũ.
Continuo inde ſit ne iſta bęc domũ uoſtram intus.Sce.licet
Pulchre admonuiſti ſciam ego ad te exibo foras.
Per. Nunq̃ edepol hominẽ quenq̃ ludificarier magis facete

Vidi:& magis miris modis.ſed eccũ egredit᷑.
Sce. Periplectomene te obſecro p deos:atq; homines:perq; ſtultitiã meã
Perq; tuã gratiã.Per.qd obſecras?Sce.meę inſcicię meę &
Stultitię ignoſcas.nunc demũ ſcio me fuiſſe excordẽ:cęcũ
Incogitabilẽ:nã philocomaſiũ eccã ĩtus.Per.quid nunc furcifer
Vidiſti ambas?Sce.uidi.Per.hęc exhibeas uolo.Sce.meruiſſe eqdẽ
Me maximũ fateor malũ:et tuę feciſſe me hoſpitę aio ĩiuriã
Sed meã eſſe herilẽ incubinã cẽſui:cui me cuſtodẽ herus
Addidit miles meus.nam e ſũmo puteo ſimilior nũq̃ poteſt
Aqua aquę ſumi:q̃ hęc eſt:atq; iſta hoſpita.& me deſpexiſſe
Ad te per ĩpluuiũ tuũ fateor.Per.qd ni fateare.ego qui uiderim.
Sce. Sed philocomaſiũ me uidiſſe cẽſui.Per.ratus ne me iſtic hominẽ
Eſſe omniũ minimi precii:ſi ego me ſciẽte paterer uicino meo
Inferri apud me ita ĩſigni te ĩiuriã.Sce.nunc demũ ĩſipiẽter
Factũ eſſe arbitror cũ rẽ cognoſco.at nõ malitioſe tamẽ
Feci.Per.ĩmo indigne.nam homini ſeruo ſuos domitos habere
Oport& oculos.& manus orationẽq;.Sce.ego ne ſi poſt hũc diem
Mutiuero:etiã qd᷑ ego me certo ſciã:dato excruciatũ:me egomet
Dedã tibi.nũc hoc mihi ignoſcas quęſo.Per.uincã animum meum
Ne malitioſe factũ id eſſe abſ te arbitres:ignoſcam tibi iſtuc
Sce. At dii tibi faciant bene.Per.nę tu hercle ſi te di amãt lĩguã cõprimiſ
Poſthac etiã illud:quod ſcies:neſciueris.ne uideris quod uideris.
Sce. Bene me mones:ita facere certũ eſt.ſatin ne oratus abiit
Nũqd nunc aliud me uis.Per.ne me noueris.Sce.dedit hic mihi
Verba:qua benigne gratia fecit.ne iratus eſſet.ſcio quã rẽ gerat.
Vt me cũ extẽplo a foro adueniam domũ.amicum prendat
Vna hic & paleſtrio.me habẽt uenalẽ ſenſi.& iã dudum ſcio.
Nunq̃ hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcã petã.nã iam aliquo
Aufugiam:& occultabo aliquot dies.dum hęc cõſcileſcunt.
Turbę:atq; irę leniũt.iam nunc ſatis & plus nimio merui mali.
Verũtamen de me quicquid eſt.ibo hinc domum.
Per. Illic hinc abſceſſit ſat edepol certo ſcio occiſam ſępe ſapere.
Plus multo ſuẽ cum manducat᷑.ne id quod uidit uiderit.
Nam illius oculi:atq; auris:atq; opinio tranſfugere ad nos.
Vſque adhuc actum eſt ꝓbe.nimium feſtiua mulier operam
Prębuit:redeo in ſenatum rurſus.iam paleſtrio frequens
Senatus:ſceledrus nunc autem foras:domi apud me
Poterit nunc haberier.ibo intro:ne dũ abſũ multifortito ſuam.

Paleſtrio.Pleuſides.Ado.Periple.

c Obibete intra limẽ etiam uos paꝝper pleuſides:ſinite me
Prius perſpectari.ne uſpiam inſidię ſint.conciliumq; habere

Volumus.nam opus eſt.nũc tuto loco.ũde inimicus nequis noſtriſ
Spolia capiat cõſiliis.unde inimicus nequis ſpolia capiat auribus.
Nam bene cõſultum:ĩcõſultum ſi ſit:inimicis uſu eſſe poteſt.
Quin ſi inimicis uſu eſt.obſit mihi.nã bene cõſultũ ſubripit᷑
Sępiſſime. ſi minus cũ cura:aut catalogo loquendi lectũ eſt
Quippe ſi reſciuere inimici cõſilium tuũ:tuopte tibi
Conſilio occludunt linguam.& cõſtringunt manus:atq;
Eadẽ quę illis uoluiſti facere:faciũt tibi. ſed ſpeculabor
Nequis aut hinc a leua aut dextera ueſtro cõſilio uenator aſſit.
Cũ auritis plagis.celebris hinc ꝓſpectus uſq; ad ultimã
Plateam ꝓbe eſt.euocabo.heus periplectomene.et pleuſides
Progredimini.Per.ecce nos tibi obediẽtis.Pal.facile ẽ ĩperiũ ĩ bonis
Sed uolo ſcire eodẽ cõſilio: quod intus meditati ſumus
Si gerimus rem.Per.magis ad rẽ non poteſt eſſe utibile.Pal.ímo
Quid tibi pleuſides.Ple.quid ne uobis placeat:diſpliceat mibi.
Per. Quis homo ſit magis meus q̃ tu es.Ple.loquere lepide & cõmode.
Pal. Pol ita dec& hunc facere.Ple.at hoc me facinus miſeꝝ macerat.
Meumq; cor:corpuſq; cruciat.Per.quid id eſt quod cruciat te?
Ple. Me tibi iſtuc ętatis homĩ facinora puerilia obiicere.neq; te decora.
Neq; tuis uirtutib9 ea te expetere.te ex opib9 ſũmis mihi honoris
Gratia mibique amanti ire opitulatũ.atque ea te facere facinora
Quę iſtęc ętas fugere.facta magis quidẽ ſectari ſolet.
Eam pud& me tibi in ſenecta abiicere ſollicitudinẽ.Per.nouo
Modo tu homo amas.ſiquidẽ te quicq̃:quod faxis:pudet.
Nihil amas.umbra es amantum:magis q̃ amator pleuſides.
Ple. Hanccine ętatẽ exercere mei amoris gratia.Per.qd ais tu ita ne
Tibi uideor oppido acheronticus tã capulari ſtamine.tibi
Diu uideor uita uiuere.nã eqdẽ haud ſum natus
Annos pręter quinquaginta & quatuor.clare oculis uideo
Pernixũ manibus.ſũ pedes mobilis.Pal.ſi albus
Capillus hic uidet᷑:neutiq̃ ubi ingeniũ ſenis ineſt.
In hoc emuſitata ſua ſibi ingenia indoles.Ple.pol id quidẽ
Experior ita eſſe ut prędicas paleſtrio.nã benignitas quidẽ
Huius oppido adoluſcentuli.Per.immo hoſpes magis cũ periculũ
Facies:magis noſces meam comitatẽ merito te amantẽ.
Ple. Quid opus nota noſcere.Per.ut apud exẽplũ experiundi
Habeas.neges foris.nã qui ipſe amauit.ęgre amantis ĩgeniũ
Inſpicit.et ego amatoris aliquantulũ habeo humoriſque etiã
In corpore.neque dũ exarui ex amoris:rebus et uoluptariis.
Vel cauillator facetus:uel conuiua cõmodus itẽ ero.
Neque ego oblocutor ſum alteri in conuiuio.

In cõmoditate abſtinere me apud cõuiuas cõmode
Cõmemini.& mei oris iuſtam partẽ perſequi.
Et meam partẽ itidẽ tacere quom aliena eſt oratio.
Minime ſputator ſcreator ſum itidẽ.minime ſuccidus.
Poſt epheſi ſum natus.nõ enim ĩ apulis:nõ ſum in umbria.
Pal. O lepidũ ſemiſenẽ.ne ſi quas memoratt tuus habet.
Atq; equidẽ plane eductum in nutricatu uenerio.
Per. Plus dabo q̃ prędicabo ex me uenuſtatis tibi.
Neq; ego nũq̃ alienum ſcortum ſubagito in conuiuũ.
Neq; prępripio pulpamẽtum:neque peruorto coculũ.
Neque per uinũ unq̃ ex me exoritt diſcidiũ in cõuiuio.
Siquis ibi eſt odioſus:abeo domũ:ſermonẽ ſegrego.
Venereũ amorẽ amoenitatẽq; accubans exerceo.
Et quidẽ edepol omnis mores ad uenuſtatẽ iugiter
Cedo tris mibi bomines auricalco contra ẽptũ iſtis moribus.
Pal. At quidẽ illuc ętatis qui ſit nõ inuenies alteꝝ
Lepidiorẽ ad omnes res: nec qui amicus amico ſit magis.
Per. Tu te me ut fateare faciam:eſſe adoleſcentẽ moribus.
Ita apud omnis cõparebo tibi res benefactis frequens.
Opus nec erit tibi aduocato triſti iracundo!ecce me,
Opus nę leni.leniorẽ dices q̃ mutũ eſt mare.
Liquidus cultusq; q̃ uẽtus eſt fauonius.
Vel bilariſſimum cõuiuam me extimandũ:exprimam tibi.
Vel primarium paraſitũ:atq; obſonatorẽ optumũ.
Tũ ad ſaltandũ non cinedus magis uſq; ſaltat:q̃ ego:
Pal. Quid ad illas artes optes.ſi optio eueniat tibi.
Per. Huius ꝓ meritis ut referri pariter poſſit gratia
Tibiq;.quibus nunc eſſet experioſum meę ſolicitudini.
Ple. At tibi tanto ſũptui eſſe mibi moleſtum eſt.Per.mortuus es.
Nam in mala uxore: atq; inimico ſiquid ſumat:ſũptũ eſt.
In bono boſpite atq; amico queſtus eſt:quod ſumitur.
Et quod in diuinis rebus ſumaſ ſumptuſ:ſapienti lucro eſt.
Deum uirtute euntẽ boſpitio accipere:apud me eſt comitaſ.
Eſ.bibe.animo obſequere mecũ:atque bonerato bilarituſ me
Liberę ſunt ędiſ.liber ſum autẽ ego.me uti uolo libere.
Nam mibi deũ uirtute dicã: ꝓpter diuitiaſ dataſ
Licuit uxorẽ dotatã genere ſummo ducere.
Sed nolo mibi oblatratricẽ in ędiſ intromittere.
Ple. Cur non uiſ.nam ꝓcreare liberoſ lepiduſ ſonuſ.
Per. Hercle uero libeꝝ eſſe:id multo eſt lepidiuſ.
Tu bomo et alteri ſapienter potiſ eſ conſulere:& tibi.

Nam bona uxor:ſi ea deducta eſt uſq; gẽtiũ
Vbi ea poſſit inueniri. uerum ego ne eam ducã domũ.
Quę mihi nunq; hęc dicat.eme mi uir lanã.uende tibi pallium.
Malacbum:et calidum:conficiantur tunicę quę mihi hibernę bonę
Ne algeam hac hyeme.hoc hoc nũq; uerbum ex uxore audiã.
Verum prius q; galli cantẽt:quę me ſomno ſuſcitet
Dicat.da mihi uir calendis mittam cũ martię ueneriunt
Da qui faciat condiat:da quod dẽ quinquatribus.
Percantatrici.& lectrici.ariolę.atq; haruſpicę.
Flagitium eſt ſi nihil mittet.quo ſupercilio ſpicit.
Tum pratica clementer non pota eſt:inquit munere.
Iampridem:quia nihil abſtulerit:ſuccenſ& celaria.
Tum obſtetrix expoſtulauit mecũ pay miſſũ ſibi.
Quin nutrici nõ miſſurus quicq;:uernas alit.
Hęc atq; huius ſimilia alia damna multa mulieꝝ.
Nunc uxorẽ ꝓhibui mihi.& quę huius ſimilis ſermonis erãt.
Pal. Dii tibi ꝓpitii ſunt hercle.nam ſi iſtam ſemel amiſeris
Libertatẽ.haud facile te in eundẽ rurſus reſtitues locum.
Ple. At illa laus eſt magno in genere & ĩ diuitiis maxumis.
Liberum hominẽ educare generi monimẽtũ & ſibi.
Per. Quando habeo multos cognatos quid opus ſit mihi liberis?
Nunc bene uiuo.& fortunate:atque ut uolo:atque animo ut lubet.
Mea bona mea morte cognatis dicã:inter eos partiant.
Illi apud me edunt.me curãt.uiſũt.qd agã.ecqd uelĩ.
Prius q; luc&:aſſũt:rogitãt noctu an ſomnũ cęperĩ.
Eos ꝓ liberis habeo:qui mittunt munera.
Sacrificãt:dant inde partẽ mihi maiorẽ:quam ſibi
Abducunt.extra me ad ſe prandiũ:ad coenã uocant.
Ille miſerrimũ ſe retˇ:minimũ qui miſit mibi.
Illi inter ſe certant donis.ego mecũ muſito.
Bona mea inbiant:certatĩ nutricunt et munera.
Pal. Nimis bona ratione nimiũque aperte tu multa uides.
Et tibi ſũt gemini.& trigemini ſi te bene habes filii.
Per. Pol ſi habuiſſem ſatis cępiſſem miſeriaꝝ.liberis
Cẽſerẽ memerẽ cecidiſſet ne ebrius:aut de equo uſpiã
Metuerẽ.ne ibi defregiſſ& crura:aut ceruices ſibi.
Pal. Huic homini dignũ eſt diuitias eſſe:diu uitã dare
Qui ęgre ſeruat.& qui bene habet:ſuiſq; amicis uolupe
O lepidũ caput.ita me dii deęq; amẽt:ęquũ fuit
Deos parauiſſe uno exẽplo:ne omnis uitã uiuerẽt.
Sicuti merci preciũ ſtatuit ꝓ uirtute ut ueniat.

Quę improba eſt ꝑ mercis uitio dominũ precio pauperat.
Itidẽ diuos diſperdiſſe uitã humanã ęquum fuit.
Qui lepide ingenuatus eſſ&:uitã lõgi quã darẽt.
Qui ĩprobi: & ſceleſti iis adimerẽt animam cito.
Si hoc parauiſſent:homines eſſent minus multi mali.
Et minus audacter ſceleſta facerẽt facta.et poſtea
Per. Qui homines ꝑbi eſſent:eſſet bis annona uilior.
Quid deoꝝ cõſilia culpes ſtultus ĩſcituſq; ſic.
Qui deos uituperes.nũc iã iſtis rebus deſiſti decet.
Nũc uolo obſonare uelut hoſpes.tua te ex uirtute
Meę domi accipiam benigne lepide.et lepidis uictibus.
Ple. Nihil me poenit& iam quanto ſumptu fuerim tibi.
Nã hoſpes nullus tam amici hoſpitiũ deuorti poteſt.
Quin ubi triduũ cõtinuũ fuerit:iam odioſus ſit.
Veꝝ ubi dies decẽ cõtinuos ite aſtodoꝝ illas
Tametſi dominus nõ ĩuitus patitur:ſerui murmurãt.
Per. Seruientis ſeruitutẽ ego mi ſeruos ĩtroduxi mihi
Hoſpeſ.nõ qui mihi imperarẽt.quibus ego eſſem obnoxius.
Si illud ęgre ſit uobis.mihi quod uolupe ẽ mortẽ remigiorẽ gero.
Tamẽ id quod odioſe faciũdũ:fiat malũ atq; ĩgratis.
Nũc quod occepi obſonatũ ꝑgam.Ple.ſi certus tibi
Cõmodũ obſona:ne magno ſũptu mihi quod uis ſatẽ
Per. Quin tu iſtanc orationẽ hinc ueterẽ atq; antiquã amoues.
Nam proletario ſermone nũc quidẽ hoſpes utere.
Nã bi ſolẽt:quãdo adcubuere:ubi coena appoſita ẽ dicere
Quid opus fuit hoc ſumptu tãto noſtra gratia?
Inſanuiſti hercle.nã idẽ hoc hominibuſ ſat erat decẽ.
Pal. Qꝛ eoꝝ cauſa obſonatum eſt:culpant et comedũt tamẽ.
Per. Fit pol illud ad illud exẽplũ:ut docte et perſpecte ſapit.
Sedũdũ homines nũq̃ dicunt q̃q̃ appoſitũ ẽ ampliter.
Iube illud demi.tolle hanc patinam.remoue ꝓnã.nihil moror
Aufer illã offam penitam. ꝑbuſ hic cõger frigidus.
Remoue.abi.aufer.neminẽ eoꝝ hęc aſſeuerare audias.
Sed ꝑcellũt.ſed ꝑcũbunt.dimidiatĩ appetũt.
Pal. Bonus hercle ut malos deſcripſit mores.Per.haud centuſimã
Partẽ dixi.atq; ociũ reſiſtit.poſſũ exprimere.
Pal. Igit᷑ id quod agit᷑.hoc primũ pręuerti decet.
Nũc huc animũ aduortite ambo.mihi opus eſt opera tua
Periplectomene.nam ego inueni lepide ſycophãtiam.
Qui admutilet᷑ miles cęſariatus:atq; uti
Huic amanti ad philocomaſiũ hãc efficiamus copiam.

Vt hic eã abducat abeatq;.Per.dare iſtanc orationẽ uolo.
Pal. At ego mihi anulũ dari iſtunc tuũ uolo.Per.quam ad rẽ uis.
Pal. Quando habebo igit̃ rationẽ meaꝝ fabricaꝝ:dabo.
Per. Vtere.accipe.Pal.accipe a me rurſũ rationẽ doli:
Quam inſtitui.Ple. ꝑpurgatis ãbo damus tibi operã auribus.
Pal. Herus meus ita magnus męchus mulieꝝ eſt:ut neminẽ
Fuiſſe atq; neq; futuꝝ credo.Ple.credo ego iſtuc idẽ.
Pal. Itaq; alexandri pręſtare prędicat formam ſuam
Itaq; omnis ultro ſectari in epheſo memorat mulieres.
Per. Edepol quidẽ de iſto multo multa:ſcio te nõ mẽtirier.
Sed ego ita eſſe ut dicis teneo pulchre.perin paleſtrio
Quam potes:tam uerba cõfer maxume ad cõpẽdiũ.
Pal. Ecq̃ tu potes reperire forma lepida mulierẽ.
Cui fallaciarũ corpuſq; ſit plenũ & doli.
Per. Ingenuã an ne libertinã.Pal.atq; iſtuc paruifacio.dũmodo
Eam des:quę ſit quęſtuoſa:quę alat corpus corpore.
Cuiq; ſapiat pectus.nã cor non poteſt:quod nulla habet.
Per. Lautã uis.an quę nõ dũ ſit lauta?Pal.ſic cõſuccidã.
Quam lepidiſſimam potes.quãq; aduleſcẽtẽ maxume.
Per. Habeo eccillam meam clientam:meretricẽ adoleſcentulam.
Sed quid ea uſus eſt?Pal.ut ad te eam iam deducas domũ.
Itaque eam huc ornatã adducas matronaꝝ modo.
Capite compto:crinis uictaſque habeat:adſimul&que ſe
Tuam eſſe uxorẽ ita pręcipiẽdum eſt.Ple.erro:quam iſiſtas uiam.
Pal. At ſcietis.ſed ecquę ancilla eſt illi Per.eſt primita.
Pal. Ea quoque opus eſt.ita pręcipio mulieri:atque ancillulę
Vt ſimul& ſe tuam eſſe uxorẽ:et deperire hũc militẽ.
Quaſi hunc anulũ fameſę ancillę dederit:eum porro
Militi ut darẽ:quaſique ego rei ſũ iterpres.Per.audio.
Pal. Nę me ſurdũ uerberat:ut ſi audis.ego recte meis
Dabo:tua mihi uxore dicã delatũ:& datũ.
Vt ſeſe ad eũ cõciliarẽ.ille eiuſmodi eſt:cupi& miſer.
Qui niſi adulterio ſtudioſus:rei nulli alię eſt iprobus.
Per. Non potui repire ſub ſole quęrẽs lepidiores duas ad hanc rẽ:
Q̃ ego.habe animũ bonũ.Pal.ergo accurras.& ꝑpa nũc tu
Auſculta mi pleuſides.Ple.tibi ſũ obediens hoc facto.
Pal. Miles domũ ubi aduenerit memineris ne philocomaſiũ nomines.
Ple. Quã nominẽ.Pal dic eam.Ple.nẽpe eandẽ quę dudũ
Cõſtituta ẽ.Pal. pax abis.Ple.meminero.ſed quid meminiſſe
Id refert.Pal.ego enĩ dicam.tũ quando uſuſ
Poſc&.iterea tace.ut cũ etiam hic agit.actutũ ptis defendas

Tuas.Ple.ego eo ítro igit᷑.Pal.et p̃cepta ſobrie ut cures face.

Paleſtrio.Lucrio puer.

q Vantas res turbo:quãtas moueo machinas.
Eripiam ego hodie cõcubinam militi.
Si centuriati bene ſunt manipulares mei.
Sed illum uocabo:heus ſceledre niſi negocium
Progredere ante ẹdis.te uocat paleſtrio.
Lu. Nõ opera eſt ſceledro.Pal.quid iam?Lu.ſorb& dormiens.
Pal. Quid ſorbet?Lu.illud ſtertit uolui dicere.ſed quia
Cõſimile eſt.quod ſtertas quaſi ſorbeas.Pal.eo an dormit
Sceledrus ítus.Lu.nõ naſo q̃dẽ.nã eum magnum clamat.
Tetigit calicẽ.clanculũ dimiſit.nardini unã ãphorã celarius
Pal. Eo tu ſceleſte:qui illi ſubpromis eo.Lu.quid uis?
Pal. Quid libitum eſt illi cõdormiſcere?Lu.oculis opinor.Pal.nõ te
Iſtuc rogito ſcelus.p̣cede huc.periſti iã niſi ue᷒ ſcio
Prõpſiſti tu illi uinũ.Lu.nõ p̣mpſi.Pal.negas?
Lu. Nego hercle uero.nã ille me uetuit dicere.
Neq; equidẽ foeminas octo exprõpſi in urceum.
Neque ille hic calidũ exuunt í prãdium.
Pal. Neq; tu bibiſti.Lu.dii me perdant:ſi bibere potui.
Pal. Qui iã.Lu.quia enĩ obſorbui.nam nimius calor
Cõburebat gutturẽ.alii ebrii ſunt.poſt᷑q̃ potarunt:
Pal. Bono ſuppromo cella credita.Lu.tu hercle idẽ faceres.
Si tibi eſſ& credita.quoniã emulari nõ licet:nũc íuides
Pal. Eo an nũq̃ p̣mpſit antehac:reſponde ſcelus
Lu. Atq; ut tu ſcire poſſis dico tibi.ſi falſa dicis:excruciabere.
Ita uero ut tu ipſe me dixiſſe dictites.poteſt ſagina.
Ego eiciar cellaria.ut tibi prompſeris aliũ ſuppromũ pares.
Pal. Nõ edepol faciam.age loquere audacter mihi.
Luc. Nũq̃ ẹdepol uidi p̣mere uerum hoc erat.
Mihi íperabas:ego promebam. poſtea
Hic illi cẹlebro capite ſiſtebas cadi.
Sed in cella erat paulum nimis loculi lubrici.
Ibi erat bilibris aqualis.hic propter cados
Ea ſẹpe decies complebatur die.
Eam plenã atq; inanem fieri:plenã a ſummo
Vbi bachabat᷑ auia.quaſſabãt cadi.
Pal. Abi abi ítro iã.uos í cella uinaria
Bachanal facitiſ.iã hercle ego herum adducã foris.
Lu. Perii excruciabit me herus:domũ ſi uenerit.
Quom hẹc facta ſcibit:quia ſibi nõ dixerim

Fugiã hercle aliquo.atque hoc in die extollã malum.
Ne dixeritis obsecro huic:uostrã fidem.
Pal. Quo tu agis?Lu.missus sũ alio iã huc reuenero
Pal. Quis misit?Lu.philocomasiũ.Pa.abi actutũ redi.
Lu. Quęso tamen tu meã partem infortunii:
Si diuidet̃ me absente:accipito tamẽ.
Pal. Modo intellexi quã rem mulier gesserit.
Quia sceledrus dormit:hunc subcustodem suũ
Foris ablegauit:dũ a se huc transire placet.
Sed periplectomenus quã ei mãdaui mulierẽ
Nimis lepida forma ducit.di hercle hãc rem ut uiuãt.
Qm̃ digne ornata incedit:haud meretricie.
Lepide hoc succedit sub manus negociũ.

Periplectomenus.Milphidippa.Acrotelãtiũ.Palestrio.

r Em omnem accedere te ut uelí meã milphidippa:
Domi demonstraui in ordine hãc fabricã:fallaciasque.
Minus si tenetis:denuo uolo pcipiatis plane
Satis si intelligitis.aliud est quod potius fabulemus.
Mil. Stultitia atque insipientia non fallacia sit:
Me ire in opus alienũ.aut tibi meã operã pollicitari.
Si ea opificina nescią aut mala esse aut fraudulenta.
Per. At melius mouerier.Mil.meretricem cõmoueri
Quam sane magni referat:nihil clam est:quin ego frustro.
Postq̃ adhibere auris meas ad tuam morã orationis.
Tibi dixi miles quẽadmodũ potis est oleas dare
Per. At nemo solus satis sapit.nã ego multos sępe uidi
Regionẽ fugere cõsilii:priusq̃ reperta habere.
Acr. Siquid faciendũ est mulieri male atq; malitiose:
Ea sibi imortalis memoria est:meminisse et sempiterna.
Sin bene:aut quid fideliter faciũdũ sit:eadem ueniũt.
Obliuiose extẽplo ut fiant:meminisse nequeũt.
Per. Ergo istuc mecũ cõuenit:nobis faciũdũ utrũq;.
Nam id ꝑderit mihi malitia male quod facietis ambę.
Acr. Dum nescientes quid bonũ faciamus:ne formida.
Per. Mala nulla meretrix est.Ac.ne paue peioribus cõueniũt
Per. Ita uos dec& cõsequimĩ.Pal.cesso ego illis obuiã ire.
Venire saluũ gaudeo.lepide hercle ornatus incedit.
Per. Bene opportuneq; obuiã is palestrio.tibi adsũt
Quas me iussisti adducere et quo ornatu.Ac.heus noster.Pal.esto
Palestrio acrotelãtiũ salutat.Acr.quis hic homo est
Qui tã ꝑnota nominat?Per.hic noster architectus est.

Salue architecte.Pal.ſalua ſis.ſed dic mihi ecquid hic te
Onerauit prȩceptis.Per. ꝓbe meditatã utrãq; duco.
Pal. Audire cupio quẽadmodũ.ne quid peccetis paueo.
Per. At tua prȩcepta.de meo nihil his nouum appoſui.
Acr. Nempe ludificari militem tuũ heȳ uis?Pal.exlocuta eſ.
Ac. Lepide & ſapiẽter cõmode & facete res parate.
Pal. Atq; huius uxorem te uolo aſſimulari.Acr.fiat.
Pal. Quaſi militi animũ adieceris:ſimulare ſic futuȳ.
Quaſi quę hȩc per me interpretẽ & tuã ancillã curet.
Acr. Bonus uates poteras eſſe.nũ quę ſũt futura uides?
Pal. Quaſi quę anulũ hũc ancillula tua abs te detulerit ad me.
Quẽ ego militi darẽ tuis uerbis.Acr.uera dicis.
Pal. Quid iſtis nũc memoratis opus eſt cõmeminere.
Acr. Nam mi patrone hoc cogitato.ubi probus eſt architectus.
Bene liniatam ſi ſemel carinam cõlocauit.
Facile eſſe nauem facere.ubi fundata cõſtitutaſt.
Pal. At ſunt ebrii architecti.quę te amat ut imperiti.
Ac. Si nõ nõ nos materiarius remorat:ad opus quidẽ
Noui indolẽ noſtri ingenii.cito erit parata nauis.
Pal. Nẽpe tu nouiſti militem meũ heȳ?Acr.rogare:mirus
Populi odium quid ni nouerim.magnũ dicũt cincinatum
Mȩchum ũguẽtatum.Pal. num ille etiã nouit?Ac.nũq; uidit
Qui nouerit me:quis ego ſũ.Pal.nimis lepide fabulare.
Eo poterit uerũ lepidius pol fieri.Acr.potine ut hominẽ
Mihi des quieſcas.cętera ni ludificata lepide.
Per culpã omnẽ ĩ me ĩpingito.Pal.age igit intro abite.
Inſiſtite hoc negociũ ſapiẽter.Acr.alia cura.
Age periplectomene has duc nũc ĩtro.ego ad foȳ illũ
Cõueniam:atq; illi hunc anulũ dabo:atq; prędicabo
A tua uxore mihi datũ: eamq; illum deperire.
Hanc ad nos q̃ extẽplo a foro ueniemus mittito.
Quaſi clanculũ admiſſa ſit.Per.faciemus alia cura.
Pal. Vos modo curato.ego illũ ꝓbe iã oneratũ huc acciebo:
Per. Bene ambula.bene rẽgere.at ego hoc efficiã plane.
Vt cõcubinam militis meus hoſpes habeat hodie.
Atq; hinc athenas abeat hodie.hũc dolũ dolamus
Quid tibi ego mittã muneris.Acr.des ne aliȩ mulieri operam.
Per. Lepide ſunt & comes ſũt.Acr.cõfido iam futuȳ
Vbi facta erit cõlatio noſtraȳ malitiaȳ.
Haud uereor ne nos ſubdola perfidia peruĩcamur
Abimus ergo intro.hȩc uti meditemur.Per.cogitate

Ne quid ubi miles uenerit titubetur.Acr.tu morare.
Vt accurate et commode hoc quod agendum eſt:ſequamur.

Pyrgopolynices.Paleſtrio.

u Olupeſt quod agã.ſi id ꝓcedit lepide ex ſententia.
Nam ego hodie ad ſeleucum regẽ miſi paraſitũ meũ.
Vt latrones quos conduxi:hinc ad ſeleucum ducer&.
Qui eius regnũ tutarẽt.mihi dũ fier& ocium.
Pal. Quin tu tuam rẽ cura potius q̃ ſeleuci:quę tibi
Cõditio noua:& luculenta fertur per me interpretẽ.
Pyr. Immo omnis res poſteriores pono:atq; operã do tibi:
Loquere.auris meas ꝓfecto dedo in ditionẽ tuam.
Pal. Circũſpicito dũ:nequis noſtro hic auceps ſermoni ſiet.
Nam hoc negocii clãdeſtino ut agerẽ:mandat mihi.
Pyr. Nemo adeſt.Pal.hunc arabonẽ amoris primũ a me accipe.
Py. Quid hic unde eſt?Pal.a luculenta atq; feſtina foemina.
Quę te amat.tum quę expetiſcit pulchram pulchritudinem.
Eius nunc mihi anulũ ad te ancilla porro ut adferrẽ: dedit.
Py. Quid ea ingenua an feſtuca facta:ſerua an libera eſt?
Pal. Vah ego ne ut ad te ab libertina eſſe auderẽ ĩternũcius.
Qui ingenuis factis reſponſar&:req; ab ſe cupit uti
Pyr. Nupta iſta an uidua?Pal.& nupta et uidua.Py.quo pacto potis
Vidua et nupta eſſe eadẽ?Pal.quę aduleſcens nupta ſit cũ ſene.
Py. Euge.Pal.lepida et liberali forma eſt.Py.caue mẽdaciũ.
Pal. Ad tuã formam illa una digna eſt?Py.hercle pulchrũ prędicas.
Sed quis ea eſt?Pal.ſenis huius uxor periplectomeniſ.Py.ꝓxumo.
Pal. Ea demorit te.atq; ab illo coepit abire.odit ſenẽ.
Nunc te orare atq; obſecrare iuſſit:ut tui copiam ſibi
Poteſtatẽq; facias.Py.cupio hercle equidem:ſi illa uult.
Pal. Quę cupit?Py.quid illa faciemus cõcubina:quę domi eſt
Pal. Quin tu illã iube abſte abire quo lub&.ſicut ſoror
Eius gemina uenit epheſũ:et mater:arceſſũtque eã.
Py. Ain tu aduenit epheſũ mater eius.Pal. aiunt qui ſciũt.
Py. Hercle occaſionẽ lepidam ut mulierẽ excludam foras.
Pal. Immo uin tu lepide facere.Py.loquere:et cõſiliũ cedo.
Pal. Vin tu illam actutum amouere a te:ut abeat per gratiam?
Py. Cupio.Pal.tũ te hoc facere oport&.tibi diuitiæ affatim eſt
Iube ſis aurũ atque ornamenta:quę illi ĩſtruxiſti mulieri
Dones.habere.auferre abs te quod lubeat ſibi.
Py. Placet ut dicis.ſed ne iſtam amittã:et hęc mutet fidẽ
Vide modo.Pal.uah delicatus:quę te tãq; oculos amet:
Py. Venus me amat?Pal.at tace:aperiuntur fores.concede huc clãculũ

Py. Hęc celox illius eſt quę hic egredit̃ internũcia.
Quę hęc celox.Pal.ãcillula illius eſt:quę hic egredit̃ foras
Quę anulũ iſtuc attulit:quem tibi dedi.Py.edepol equidẽ
Bellula eſt.Pal.phiteriũ hęc eſt prę illa et ſpinturniciũ.
Viden tu illã oculis mature facere:atq; aucupiũ auribus.
Milphidippa.Pyrgopolinyces.Paleſtrio:
M. i Am eſt ante ędis hircus.ubi eſt ludificãdus mibi.
Diſſimulabo:hos quaſi nõ uideã neq; eſſe hic etiã:dũ ſciã.
Pyr. Tace ſubauſcultemus.ecqui de me fiat mẽtio.
Mil. Nũc quis nã hĩc prope adeſt q rẽ alienã potius curet q̃ ſuam.
Qui ancupet:quiq; quidẽ ueſperi uiuat ſuo.
Eos nũc homines metuo mihi:ne obſint:ne ue obſtẽt uſpiã.
Domo ſi ibit.ac dũ huc tranſiuit.atq; huius cupiens corporis eſt:
Quę amat hunc hominẽ nimiũ lepidũ:et nimia pulchritudine.
Militẽ pyrgopolynicẽ.Py.ſatin hęc quoq; me deperit.
Mam laudat ſpeciẽ.edepol buius ſermones haud cinerẽ quęritant:
Pal. Quo argumẽto?Py.quia enĩ loquit̃ laute & minime ſordide.
Tũ autẽ illa ipſa eſt nimiũ lepida:nimiſq; nitida foemina.
Hercle uero iã adlubeſcit primulũ paleſtrio.
Pal. Prius neq̃ illã oculis tuis.Py.uideo.id quod credo tibi.
Tum hęc elocuta.illa autẽ abſens ſubigit me:ut amẽ.hercle hãc qdẽ
Pal. Nihil tu amaſſis.mihi hęc deſpõſataſt.tibi ſi illa hodie nupſerit.
Ego hanc cõtinuo uxorẽ ducã.Py.quid ergo hanc dubitas colloq̃?
Pal. Sequere hac me ergo.Py.pediſequus tibi ſũ.Mil.utinã cuius cauſa
Foras ſũ egreſſa:cõueniẽdi mihi poteſtas eueniat.
Pal. Erit.& tibi exoptatũ obtĩg&.bonũ habe animũ.ne formida.
Mil. Homo qdẽ eſt?Pal.q̃ ſcit qd̃ quęris ubi ſit?M.quẽ ego hic audiui?
Pal. Sociũ tuoꝝ cõſilioꝝ:& participẽ cõſiliariũ.Mil.tũ pol ego
Id quod cęlo.haud cęlo.Pal.ĩmo etiã ſed nõ cęlas.
Mil. Quo argumẽto?Pal.ĩfido cęlas.ego ſũ tibi firme fidelis.
Mil. Cedo ſignũ ſi hoc ueꝝ eſt.Pal.amat mulier quędã quendã
Mil. Pol iſtuc quidẽ multę.Pal.at nõ multę de digitto domũ mittunt.
Mil. Enĩ cognoui nũc.feciſti modo mihi ex ꝓcliuo parẽ
Sed hic num qs adeſt?Pal.uel adeſt.uel nõ.Mil.cedo te m̃ ſole ſolũ.
Pal. Breuin an lõgiquo ſermone?M.tribus uerbis.Pal.iã ad te redeo.
Pyr. Quid ego hic aſtabo tãtiſper cũ hac forma:& factis:ſi ſic fruſtror.
Pal. Patere atq; iſta.tibi ego hanc do operã.Py.ꝓperando excrucior
Pedetentĩ.tu hęc ſcies.tractare ſoles baſce huiuſmodi meritis
Pal. Age age ut tibi maxime cõcinus:nullũ eſt hoc ſtollidius ſaxũ.
Redeo ad te.cõſiliũ quaſi hunc depereant.Mil.teneo iſtuc.
Pal. Cõlaudato formam:& faciẽ:et uirtutes cõmemorato.

Mil. Ad eam rẽ habeo omnẽ faciẽ:tibi ut dudũ iam demonſtraui
Tu cõtra cura & cõtẽpla:et de meis uenator uerbis.Py.aliquã
Mibi partẽ hodie opere des.deniq; iã tãdẽ ades illico.Pal.aſſũ
Impera ſiquid uis.Py.quid illa hęc narrat tibi pol ſe lamentari
Ait illam miſeram cruciari:& lachrumãtẽ ſe afflictare:quia
Tis egeat.quia te careat.ob eam rẽ huc ad te miſſaſt.
Iube adire.Pal.at ſcin quid tu facias.facito faſtidii plenũ.
Quaſi nõ lubeat:me ĩclamato:quia ſic tã uulgo uulgẽ.
Py. Memini & pręceptis parebo.Pal.uoco ergo banc:quę te quęrit.
Py. Adeat:ſiquid uult.Pal.ſiquid uis:adi mulier.Mil.pulcher ſalue.
Py. Meũ cognomẽtũ commemorauit.dii tibi dẽt:quęcũq; optes.
Tecũ ętatẽ exigere ut liceat.Py.nimiũ optas.Mil.nõ me dico
Sed berã meã: quę te demeretur.Py.multę alię idẽ iſtuc cupiũt
Quibus copia nõ eſt.Mil.ecaſtor haud miꝛ ſi te habes caꝛ.
Hominẽ tã pulchrũ:& pręclara uirtute:et forma factis.
Py. Heus dignior fuit qſq̃ homo q̃ eſſ̃ Pal.nõ hercle humanũ ẽ credo.
Nã uulturio plus humani credo ẽ.Py.magnũ me faciã nũc.
Quoniã illec me cõlaudat.Pal.uiden tu ignauũ ut ſeſe ĩferat
Quin tu huic reſpõde.hęc illa eſt.ab illa quã dudũ.
Pyr. Qua ab illaꝛ.nã ita me occurſant multę meminiſſe haud poſſũ.
Mil. Ab illa quę digitos deſpoliat ſuos.et tuos digitos decorat.
Nã hũc anulũ ab tui cupiẽte huc detuli huic porro.
Pyr. Quid nũc tibi uis mulier memora.Mil.ut quę te cupit:eã ne ſpnaſ
Quę per tuã nũc uitã uult ſit:nec ſit ſpes.in te uno eſt.
Pyr. Quid nunc uult?Mil.te cõpellare:& cõplecti:& contrectare.
Nã niſi tu illi fers ſuppecias.iam illa animũ deſpõdebit.
Age mi achilles.fiat quod te oro.ſerua illã pulchrã pulchre.
Exprome benignum ex te ingenium mi uir cape.occiſor regum.
Pyr. Heu hercle odioſas res.quotiẽs hoc tibi.uerbero ego interdixi.
Meam ne ſic uulgo polliciteris operam.Pal.audin tu mulier.
Dixi hoc tibi dudum.et nunc dico.non huc uerri affertur merceſ.
Non hic ſuo ſeminio quanq̃ porculenã partituruſt.
Mil. Dabit̃ quãtũ ipſus p̃cii poſcet.Pa.talẽtũ philippũ:huic op9 auri ẽ.
Minus a nemine accipiet.Mil.heu ecaſtor nimis uile eſt tandẽ.
Pyr. Non mihi auaritia nunq̃ innata eſt.ſatis eſt diuitiaꝛ.
Plus mille auri:mille eſt modioꝛ philippei.Pal.pręter theſauꝛ.
Tum argẽti montes non maſſas habet: etna mons non ęq; altus
Mil. Heu ecaſtor hominẽ piuꝛ?Pal.ut ludo?Mil.quid ego ui ſublectuſ
Pal. Scite.Mil.ſ̃ amabo mitte me actutũ.Pal.qn tu huic rñdeſ aliquid
Aut factuꝛ aut non factuꝛ:quid illam miſeram tantum excruciaſ?
Quę nunq̃ male de te merita eſt.Py.iube eam exire huc ad nos.

Dic me omnia quę uult facturum.Mil. facis nũc ut facere ęquũ
Quę te uult eandem tu uiſ.Pal non hic inſulſum habet ingenium:
Mil. Quumq; me oratricem non ſpreuiſti ut exorarem ex te
Quid eſt ut ludo?Pal.nequeo hercle quidem riſu meo moderarier.
Ob eam cauſam huc abs te auorti.Py.nõ edepol tu ſcis mulier
Quãtũ ego bonorẽ nũc illi habeo.Mil.ſcio:& iſtuc illi dicã.
Pal. Contra auro alii hanc uẽdere potuit operã.Mil.pol iſtuc tibi credo
Pal. Meri bellatores gignunt᷑:quas hic pregnantis fecit.
Et pueri annos octingentos uiuunt.Mil.ue tibi nugator
Py. Quin mille annoꝝ perpetuo uiuũt ab ſeculo ad ſeclũ.
Pal. Eo᷑minus dixi:ne hęc cẽſer& me aduorſum ſe mẽtiri.
Mil. Perii quot hic annos uiu&:cuius filii tã diu uiuunt.
Pyr. Poſtriduo natus ſũ ego mulier:q᷑ iupiter ex ope natus eſt
Pal. Si hic pridie for& q᷑ ille eſt:hic haber& regnũ in cęlo.
Mil. Iam iã ſat amabo eſt.ſinite abeam ſi poſſũ uiua a uobis.
Pal. Quin ergo abis quando reſponſũſt.Mil.ibo atq; illam huc adducã
Quã ꝓpter opera ẽ mihi.nũqd uis.Py.ne magis ſim pulcher q᷑ ſũ
Ita me mea forma hab& ſolicitũ.Pal.quid hic nũc ſtas.quin abis?
Mil. Abeo.Pal.atq; adeo audin tu.dicito docte & cordate:ut cor ei ſaliat
Philocomaſio dic ſi eſt hic.domum ut tranſeat:hunc hic eſſe.
Mil. Hic cũ bera eſt:clã noſtrũ hunc ſublegerũt ſermonẽ:lepide factũ ẽ
Iam ex ſermone hoc gubernabunt doctius porro.Pal.remorare.
Mil. Abeo neq; te remoror.neq; te tango.neq; te taceo.
Pyr. Iube maturate illam exire huc iã iſtic rei ꝑuortemur.

Pyrgopolynices.Paleſtrio.

q Vid mihi nũc es auctor:ut faciã paleſtrio de concubina noſtra
Nullo pacto poteſt prius hęc ĩ ędis recipi:q᷑ illam omiſerim.
Quid me cõſultas:qd agã?Pal.dixi eqdẽ tibi q᷑ id pacto fieri poſſit
clementiſſime.
Auꝝ atq; ueſtẽ omnẽ muliebrẽ habeat ſibi.quę illi
Inſtruxiſti:ſumat:habeat.auferat.dicasq; tẽpus maximũ eſſe.
Vt eat domũ ſororẽ geminã eſſe:& matrẽ dicito:quibuscum
Comitata recte deueniat domũ.Py.quid tu ſcis eas adeſſe.
Pal. Quia oculis meis uidi hic ſororẽ eſſe eius.Py.cõuenit ne ea?
Pal. Conuenit.Py.ecquid fortiſ uiſa ẽ?Pa.omnia uis opinare.
Py. Vbi matrẽ eſſe aiebat ſoror?Pal.cubare in mari lippam:
Atq; oculis turgidis nauclerus dixit:qui illas aduexit:mihi.
Py. Is ad quoſ nauclerus hoſpitio diuortit᷑?Pal.q᷑d is?Py.ecqui fortiſ
Pal. Abi ſis hic.nã tu quidẽ ęque fuiſti ſcitus emiſſarius.
Qui conſectare qui mares:quę foeminę.Py.hoc age nũc iſtuc.
Quod das conſiliũ mihi?tecũ illa uerba facere de iſta re uolo

Nã cũ illa ſane cõgruit ſermo tibi.Pa.quí potius cũ tu te ades
Tuã rẽ tute agas.dicas uxorẽ tibi neceſſũ eſſe ducere.
Cognatos pſuadere:amicos cogere.Py.ita ne tu cẽſes.
Pal. Quid ego ni ita cẽſeã.Py.ibo igit᷑ ítro.tu hic ante ędis
Interí ſpeculare ut ubi illec prodeat me ꝓuoces.Pal.tu modo
Iſtuc cura: quod agis.Py.curatum id quidẽ eſt.qn ſi uoluntate
Nolet ui extrudã foris.Pa.iſtuc caue faxis.qn potius
Per gratiã bonã abeat abſte:atq; illec quę dixi:dato.
Auꝝ ornamẽtaq;:quę illi íſtruxiſti ferat.Py.cupio
Pal. Hercle credo te facile ípetratũ iri:ſed abi ítro.noli ſtare
Pyr. Tibi ſum obediens.Pal.nũqd uidet᷑ demutare.aut utique
Dixi eſſe uobis dudũ hũc meum militẽ.nũc ad me ut ueniat uſuſt
Acrotelotium:ancillula eius:& pleuſides.pro iupiter
Satine ut cõmoditas me uſq; quaque adiuuat.
Nã quos uidere exoptabã maxume:una exeũtis uideo de ꝓximo:
Acrotelãtium.Milphidippa.Pleuſides.Paleſtrio.
ſ Equimini.ſimul circũſpicite:nequis adſit arbiter
Neminẽ pol uideo.niſi hunc quẽ uolumus conuẽtũ eſſe.
Ergo uoca.M.qd agis noſter architecte?Pa.ego ne architect9 uah!
Mil. Quid eſt?Pal.qui enĩ nõ ſim dignus prę te:ut figã palũ í parietẽ.
Eia uero nimis facete:nimiſq; facunde mala eſt.
Vt lepide derũcinauit militẽ.M.at etiã parũ
Bono animo es.negociũ omne iam ſuccedit ſub manus.
Vos modo porro:ut occepiſtis:date operã amicabilẽ.
Nam ipſe miles concubinã ítro abiit oratũ ſuam
Ab ſe abeat cũ ſorore et matre athenas.Ple. ꝓbe
Pal. Quin etiam auꝝ:atq; ornamẽta quę ipſe íſtuxit mulieri
Omnia dat dono.ſe ut abeat.ita ego cõſiliũ ei dedi
Ple. Facile iſtuc quidẽ eſt.ſi et illa uolt.et ille autẽ cupit.
Pal. Non tu ſcis cum ex alto puteo ſurſum ad ſũmũ deſcenderis.
Maximũ periculũ íde etiã ab ſũmo:ne rurſũ cadas.
Nunc hęc res apud ſũmũ puteũ gerit᷑.ſi pręſenſerit
Miles:nihil hanc ferre potuit.huius nũc q̃maxime
Opus eſt dolis.Ple.domi etiã ad eam rẽ uideo ſalis ſatis.
Mulieres tres:quartus tu te es.quintus ego.ſextus ſenex.
Pal. Quod apud nos fallaciarũ.ſextũſt certo ſcio
Oppidũ quoduis uidet᷑ poſſe expugnare dolis.
Date modo operã.Ac.id nos ad te.et ſiquid uelles:uenimus.
Pal. Lepide facitis nunc hoc tibi ego impero.Ac.quid uoles.
Pal. Militẽ lepide et facete laute ludificarier uolo.
Ac. Voluptatẽ me caſtor mihi imperas.Pal.et ſcim quẽadmodũ.

Ac. Nempe ut adſimulẽ me amore iſtius differre athenis.
Quaſiq; iſtius cauſa amoris ex hoc matrimonio
Abierí:cupiens iſtius omne ordinis nuptiaꝝ.
Pal. Niſi modo unũ hoc:haſce ẽdis dicas dotalis tuas.
Hinc ſenem abſte abiſſe:poſtq̃ feceris diuortiũ.
Ne ille mox uereat ítroire in alienam domũ.
Ac. Bene mones.Pal.ſed ubi ille exierit intus.iſtic te ꝑcul
Ita uolo adſimulare:prę illius forma quaſi ſpernas tuam:
Quaſiq; eius opulentitatẽ reuerearis.& ſimul
Formã amoenitatis:illius faciẽ: pulchritudinem
Conlaudato.ſat in pręceptiſt.Ac.teneo.ſatin eſt.ſi tibi
Meũ opus ita dabo expolitũ:ut íprobare nõ queas.
Ple. Sat habeo.nũc tibi uiciſſim quoq; íperabo.Pl.nũc dicito
Qꝛ extẽplo hoc erit factũ.Pa.ubi intro bęc abierit
Tu illico facito ut uenias ornatu huc naucleriaco.
Cauſę banc habeas furrugenes.culturã ad oculos laneã
Palliolum habeas ferrugineũ:nã is color thaſſalicus.
Idẽ & cõnexum in humero lęuo expapillato brachio
Pręcĩctus.aliquid aſſimulato quaſi gubernator ſies.
Pl. Atq; apud hunc ſenem omnia hęc ſunt.nã is piſcatoreſ habet.
Pa. Quid ubi ero exornatus.quin tu dicis:quid facturus ſim.
Huc uenito & matris uerbis philocomaſiũ accerſito.
Vt ſi itura eſt athenas.eat tecũ ad porrũ cito.
Atq; adiuuet ferri in nauim.ſi quid in portu uelit.
Niſi eat.& te ſoluturũ eſſe nauim.uẽtũ operã dare.
Ple. Satis plac& pictura perge:Pa.illa extẽplo nihil iam morabit̃.
Vt eat: ut ꝑper&.ne ſit mater morę.Ple.multis modis ſapis.
Pa. Ego illi dicã:ut me adiutorẽ:qui onus ferã ád portũ:roget.
Ille iubebit me ire cũ illa ad portũ:ego adeo:ut tu ſcias
Prorſũ athenas ꝑtinus abibo tecũ.Ple.atq; ubi illo uenęris.
Triduũ ſeruire nunq; te:quin liber ſis:ſinã.
Pa. Abi cito atq; orna te.Pl.nũqd aliqd.Pal.hęc ut memineris.
Pl. Abeo.Pa.et uos abite intro actutum.nã illũ binc ſat ſcio
Pal. Iam exiturum eſſe intus.Ac.apud nos imperiũ tuũ eſt.
Agite.abſcedite ergo.ecce autẽ cõmodũ aperit̃ foris.
Hilarus exit.impetrauit.inbiat quod nusq̃ eſt miſer.

Pyrgopolynices.Paleſtrio.

Pal. ꝙ Vꝺ uolui ut uolo:ípetraui p amiciciã et gratiã a philocomaſio:
Quid nã tã intus fuiſſe dicã diu.Py.nunq̃ ego qdẽ
Tã ſenſi amari:q̃ nunc ab illa muliere.Pal.quid iã
Vt multa uerba fecit.ut lẽta materies fuit.ueꝝ poſtremo

Impetraui ut uolui.donaui quę uoluit:quę poſtulauit.
Te quoq; dono dedi.Pa.etiã me?quomodo ego uiuã ſine te?
Pyr. Age animo bono es.idẽ ego te liberabo.nã ſi poſſ& ullo modo
Impetrari:ne te abducer& operã dedi.uey oppreſſit.
Pal. Deos ſpero teq; poſtremo tãetſi iſtud mihi acerbuſt.
Quia hero te carẽdũ eſt optimo:ſaltẽ id uolupe eſt.
Cũ ex uirtute formę uenit tibi mea opera ſup hac uicina
Quã ego nunc cõcilio tibi.Py.quid opus uerbis?
Libertatẽ tibi ego & diuitias dabo.ſi ípetras.
Pal. Reddã ípetratũ.Py.at geſtio.Pa.at modico diſce
Moderare animo:ne ſis cupidus.ſed eccã ipſam egredit foris.
Milphidippa.Acrotelãtiũ.Pyrgopolynices.Paleſtrio:
b Era eccũ pręſto militẽ.Ac.ubi eſt?Mil.ad leuã.Ac.uideo.
Mil. Aſpice limis oculis:ne ille nos ſe uidere ſentiat.Ac.uideo
Mil. Edepol nũc nos tẽpus eſt.malos peiores fieri.Ac.tuũ eſt
Initiũ obſecro tu te ipſũ cõueniſti.Mil.ne parce uoci. ut audiat.
Cũ ipſo pol ſum ſecuta.placide ipſa ut libitũ eſt mihi.
Ocioſe meo arbitratu ut uolui.Py.audin quę loquit?
Pal. Audio q̃ lęta eſt.quia quę te adiit.Mil.o fortunata mulier ẽ.
Vt amari uideor dignus eſt.Ac.permiy ecaſtor prędicas.
Te adiſſe atq; exoraſſe p epiſtulã aut per nunciũ.quaſi regẽ
Adiri eũ aiunt.Mil.nam quę ędepol uix fuit copia adeũdi:atque
Impetrandi.Pal. ut tu inclytus apud mulieres.Py.patiar
Quãdo ita uenus uult.Ac.ueneri pol habeo gratiã
Tandẽq; exoro et quęſo:ut eius mihi ſit copia
Quẽ amo:quẽque expetiſſo:benignusque erga me ut ſiet.
Quod cupiã:ne grauet.Mil.ſpero ita futuy.q̃q̃ illũ
Multę ſibi expeteſſũt.ille illas ſpernit:ſegregat ab ſe omnis:
Extra te unã.Ac.ergo iſtus metus me macerat:q; ille faſtidioſuſt:
Ne oculi eius ſentẽtiam mutẽt.ubi uiderit me atque eiuſ
Elegantiã:meã extẽplo ſpeciẽ ſpernat.Mil.nõ faciet.
Bonũ animũ habe.Pyr.ut ipſa ſe cõtẽnit.Ac.metuo
Ne prędicatio tua nũc meam formam exuperet.
Mil. Iſtuc curaui ut opinione illius pulchrior ſis.Ac.ſi pol me uolet
Ducere uxorẽ:genua ãplectar.atque obſecrabo aliquo modo.
Si nõ qbo ípetrare.cõſciſcã lętũ.uiuere ſine illo ſcio me nõ poſſe.
Pyr. Prohibẽdã mortẽ mulieri uideo.mulierẽ adibon.Pa.minime.
Nã tu te uilẽ feceris:ſi te ultro largiere.ſine ultro ueniat.
Quęrit&.deſider&.expectet.ſi nõ perdere iſtam gloriã uis
Quam habes.caue ſis faxis.nam nulli mortali ſcio
Obtigiſſe hoc niſi duobus tibi et phaoni leſbio

Tam nimie ut amarẽt.Ac.eo ĩtro:an tu illũc euocatũ
Foras mea milphidippa.Mil.ĩmo opperiamur.dũ exeat aliqs
Ac. Durare nequeo.quin etiã intro occluſę ſunt fores.effringã.
Mil. Sana nõ eſt.ſimulauit inq̃.Ac.ſi parẽ ſapiẽtiã
Hic hab& ad formam p amorẽ.ſiquid fecero clemẽti animo
Ignoſc&.Pal.ut quęſo amore pdita eſt miſera.Py.mutuũ fit.
Pal. Tace ne audiat.Mil.qd aſtitiſti obſtupida.cur nõ pultas?
Acr. Quia nõ eſt ĩtus: quẽ ego uolo.Pa.qui ſcis?Ac.ſcio ędepol olfacio.
Nã odorẽ naſus ſentiet:ſi ĩtus ſiet.Pyr.ariolat̃:quia
Me amat ꝓpterea uenus fecit ut diuinar&.Ac.neſcio
Vbi hic ꝓpe adeſt.quẽ expecto uidere.ol& ꝓfecto.Py.naſo pol
Iã hęc quidẽ plus uid& q̃ oculis.Pal.cęca hercle ẽ
Ac. Tene me obſecro.Mil.cur?Ac.ne cadã.Mil.quid ita?
Ac. Quia ſtare nequeo:ita animus p oculos meos defit.
Mil. Militẽ pol tu aſpexiſti.Ac.ita.Mil.nõ uideo ubi ẽ.
Ac. Videres pol ſi amares.Mil.nõ ędepol tu illũ magis
Amas:q̃ egomet:ſi apte liceat.Pal.omnes ꝓfecto mulieres
Te amãt.ut quęq; aſpexit.Py.neſcio tu me ex hoc audieris:an nõ.
Nepos ſũ ueneris.Ac.mea milphidippa adi obſecro & cõgredere
Mil. Vt me ueret̃.Pal.illa ad nos pergit.Mil.uos uolo.Py.& nos te.
Mil. Vt iuſſiſti.berã meam eduxi foras.Py.uideo.Mil.iube ergo adire.
Py. Induxi animũ ne oderĩ itẽ.ut alias quãdo oraſti.
Mil. Verbũ hercle facere nõ potis.ſi acceſſerit ꝓpe ad te.
Dũ te obtuet̃.linguã oculi prędiderũt.Py.leuãdũ morbũ
Mulieri uideo.Mil.uiden ut tremit atq; extimuit poſtq̃ te aſpexit?
Pyr. Viri quoq; armati idẽ iſtuc faciũt.iube domũ ire.
Mil. Ne tu mirere melius mulierẽ.Py.ſed qd uolt me agere?
Mil. Ad ſe ut eas.tecũ uiuere uolt:atq; ętatẽ exigere.
Py. Egon illã adeã:quę nupta ſit:uix eius metuere ędquũ eſt.
Mil. Quin tua cauſa exegit uix a ſe.Py.qui id facere potuit?
Mil. Quia ędes dotales huius ſunt.Py.ita ne?Mil.ita pol dicã domũ ire
Pyr. Ita ego illic ero.Mi.uide ne ſis ĩ ſpectatione:ne illã animi excruciet
Pyr. Nõ ero ꝓfecto.abite.Mi abim?.Py ſed qd ego uideo?Pa qd uides?
Pyr. Neſcio qs eccũ ĩcedit ornatu qdẽ thallaſico.Pa is nos uolt.
Eſt ꝓfecto nauclerus.hic qdẽ eſt.uidelicet accerſit.accitã hinc:credo.

Pleuſides.Paleſtrio.Pyrgopolynices.

a Lium alio pacto ꝓpter amorẽ neſciũ feciſſe multa
Neqter.uerear magis me amoris cauſa hoc ornatu ĩcedere:
Vex cũ multos multa admiſiſſe acceperĩ inhoneſta
Propter amorẽ:atq; alienũ a bonis.mitto iã:ut occidit
Achilles quiuis paſſus eſt.ſed cęcũ paleſtrionẽ.ſtat cũ milite.

Oratio illo m demutãda eſt.mea mulier ꝓfecto nataſt ex ipſa mora
Nã quęuis alia quę mora eſt:ęque mora.minor ea uidet.
Q quę ꝓpter mulierẽ eſt.hoc adeo fieri credo cõſuetudine.
Nũc ego hanc accerſam philocomaſiũ.ſed fores pultabo.
Heus ecquis hic eſt?Pal.adoleſcens.quid eſt quis tu es?quid pultas?
Ple. Philocomaſiũ quęrito.a matre illius uenio.ſi itura eſt
Eat omnis morat.nauim cupimus abſoluere
Py. Iam dudũ res parata eſt.paleſtrio aurũ.ornamẽta ueſtẽ
Prędioſũ omne ut ferat:duc adiutores tecũ ad nauí.qui ferant.
Omnia cõpoſita ſũt:quę donaui:ut ferat.Pa.eo.Ple.quęſo hercle.
Propa.Py.nõ morabit.quid iſtuc quęſo:quod oculo factũ ẽ tuo
Pl. Habeo quidẽ hercle oculũ.Py.ad leuum dico.Ple.eloquar.
Maris cauſa hercle hoc ego oculo utor minime.
Nã ſi abſtinuiſſem a mari tanq̃ hoc uterer.
Sed nimis morant me diu.Py.eccos exeũt.
Paleſtrio.Philocomaſium.Pleuſides.Pyrgopolynices.
q Vid modi flendo quęſo hodie facies?Phi.quid ego ne fleã.
Vbi pulcherrime egi ętatẽ:inde abeo.Pal.uiden hoíem tibi.
Qui a matre et ſorore uenit.Phi.uideo.Py.audiſtin paleſtrio
Pa. Quid uis?Py.quin tu iubes efferri omnia:quę iſti dedi.
Ple. Philocomaſiũ ſalue.Phi.& tu ſalue.Ple.materq; et ſoror
Tibi ſalutẽ me iuſſerũt dicere.Phi.ſaluę ſient.
Ple. Orant te: ut eas.uẽtus operã dũ dat:ut uelũ explicẽt.
Nã matri oculi ſi ualerẽt:mecũ ueniſſ& ſimul.
Phi. Ibo q̃q̃ inuita facio omnia.pietas ſic cohib&.Ple.ſapis
Pyr. Si nõ mecũ ętatẽ egiſſ&:hodie ſtulta uiueret
Phi. Iſtuc crucior a uiro me tali abalienarier.
Nam tu q̃uis poteſſis facere ut fluat fecetiis.
Et quia tecũ eram ꝓpterea animo eram farocior.
Eam nobilitatẽ.uide omnia.Py.ne fle.Phi.nõ queo cũ te uideo.
Pal. Habe bonũ animũ.ſcio ego:et quid doleat mibi.
Nã nibil miror ſi libẽter philocomaſiũ bic eras.
Formã huius.mores.uirtutẽ. animũ attinere hic tuum.
Quẽ ego ſeruus quãdo aſpiçio hũc lacrumũ qui adiũgit
Phi. Obſecro liceat cõplecti prius q̃ ꝓficiſco.Py.licet.
Phi. O mei oculi.o anime mi.Pal.obſecro te mulier
Ne affligat.Py.quid iſtuc?Pal.poſtq̃ abſte abit:animo malfactũ
Eſt huic repẽte miſere.Pyr.accurrite ítro:atq; efferte aquã.
Pal. Nibil aquã moror.Pyr.quor.Pal.malo ne interueneris
Quęſo dũ reſipiſcit.capta íter ſe nimis.noxã híc habet.
Nõ plac&.labra labellis ferruminauit acre malũ.

Ple. Tentabam ſpirarẽt an nõ aurę.at nos iam oportuit.
Sin magis uis:ambos mittam.Py.nolo retineat.Ple.flet miſera.
Pyr. Exite atq; hęc ferte huc intus omnia:quę iſti dedi.
Pal. Etiã nũc ſaluto te familiaris:prius q̃ eo.
Conſerui cõſeruęq; omnes bene ualete et uiuite.
Bene quęſo inter uos dicatis:& mi abſenti tamẽ.
Py. Age paleſtrio bono animo es.Pal.heu nequeo quin fleam
Quom abſte abeã.Py.ferę quo animo.Pal.ſcio ego.qd doleat mihi.
Ple. Sed quid hoc quereris?Phi.qd uideo?lux ſalue.
Ple. Iã reſipiſti.Phi.obſecro quẽ amplexa ſũ bominẽ:
Eu. Stultus es. noli iſtuc quęſo dicere. Ch. certum exequiſt:
Operã ut ſũmã ad perueſtigandũ ubi ſit illec. Eu. quĩ domiſt.
Cha. Nam id quod dixit: id mentituſt. Eu. uera dico equidẽ tibi.
Cha. Iam cyprum ueni Eu. quin ſequere: ut illã uideas: quam expetis.
Cha. Percũctatus non inueni. Eu. matris iã iram neglego.
Cha. Porro ꝓficiſcor quęſitũ nũc perueni chalcidẽ
Video hoſpitẽ. zacynthо dico quid eo aduenerĩ.
Cogito quis eam uexerit: quis habeat: ſi ibi inde audiuerit.
Eu. Quin tu iſtas omittis nugas: ac mecũ huc intro ambulas.

Cha. Hoſpes reſpondit zacyntho ficos fieri non malas
Eu. Nihil mentitus ẽ. Ch. ſed de amica ſe inaudiſſe autumat
Hic athenis eſſe. Eu. chalcas iſte quidem zacynthuſt
Ch. Nauem conſcendo proficiſcor illico. iam ſum domi. iam redi
Exilio. ſalue mihi ſodalis eutyche ut ualuiſti. quid parẽtes
Metuat. mater dati bene uocas: benigne dicis: eras apud te
Non domi. ſi decet ſic fieri oportet. Eu. io. quę inſomnia.
Hic homo non ſanus. Ch. medicari amicus quin ꝓperas.
Eu. Sequere ſcis. Ch. ſequor. Eu. clemẽter quęſo calces deteris:
Audin tu. Ch. iã dudũ audiui. Eu. pacẽ cõponi uolo
Meo patri cũ matre. nam nũc ẽ irata. Ch. modo
Propter iſtanc modo. Eu. ergo cura. Ch. quin tu
Ergo i modo. Eu. tam ꝓpiciam reddam: q̃ cũ ꝓpicia ẽ iuno ioui.

Demipho. Lyſimachus.

De. q Vaſi tu nũq̃ quicq̃ ad ſimile huius facti feceris.
Ly. Nã mea uxor ꝓpter illã tota. ĩ fermẽto iacet.
Edepol nunq̃ caui ne quid facerẽ. uix uiuus ſũ miſer.
De. At ergo expurgationẽ habebo: ut ne ſuccẽſeat.
Sequere me. ſed exeũtẽ filiũ uideo meũ.

Demipho. Eutychus. Lyſimachus. Charinus.

i Am credo placet principiũ. quid agis. quid fit eutyche!
Eu. Ad patrẽ ibo ut matris irã ſibi eſſe ſedatã ſciat.
Optima opportunitate ambo autẽ ueniſtis. Ly. quid rei ẽ!
Eu. Vxor tibi placida & placataſt. certe dextras nunciam.
Ly. Di me ſeruant. Eu. tibi amicã nullam eſſe nuncio.
De. Di te perdant. quid negocii ẽ nam quęſo iſtuc. Eu. eloquar.
Animũ aduortite igit̃. ambo. Ly. quin tibi ambo operã
Damus. Eu. qui bono ſũt genere nati: ingenio malo
Suapte culpa genere capiũt genus. ingeniũ ĩprobant.
De. Veꝝ hic dicit. Eu. tibi ergo dicit. De. eo illud ueꝝ ẽ magis.
Eu. Nã te iſtac ętate haud ęquum fuerat filio tuo
Adoleſcẽti amanti amicam ẽptã argento eripere ſuo.
De. Quid tu ais charine amicaſt illa? Eu. ut diſſimulat
Malus. De. ille quidẽ illã ſeſe ancillã matri emiſſe dixerat.
Eu. Propterea igitur tu mercatus nouus amator uetus puer.
Cha. Optime hercle perge. ego aſſiſtam binc alternis cęcus.
Quibus eſt dictis dignus uſq; oneremus ambo. De. nullus ſum.
Eu. Filio ſuo qui innocẽti fecit tãtam ĩiuriam
Quem quidem' hercle ego: ĩ exilium cum iret: reduxi domũ
Nam ibat exulatũ. De. an abiit. Eu. etiam loquere larua.
Temperare iſtac ętate iſtis decet te artibus.
De. Fateor. deliqui ꝓfecto. Eu. etiam loquere larua.

Vacuũ eſſe iſtac te ætate hic decebat noxiis.
Itidem ut tẽpus anni ætatẽ aliam aliud factum conuenit.
Nam ſi iſtuc iuuiſſet ſenecta ætate ſcortari ſenex.
Vbi loci res ſũma noſtra publica.De.hei perii miſer.
Adoleſcẽtes rei agendæ iſti magis ſolent operã dare
Iam obſecro hercle uobis habere cũ porcis cũ fiſcina
Eu. Redde filio ſi habeas iam uolt.De.per me ſibi habeat licet
Semper edepol.Eu.quoniã ut aliter facias nõ eſt copiæ
De. Supplicii ſũma quid uolt ipſe ob hanc iniuriam.
Modo pacẽ faciatis:oro ut ne mihi iratus.
Si hercle ſciuiſſem:ſiue adeo ioculo dixiſſet mihi
Se illam amare.nunq̃ facerẽ:ut illam amanti abducerem:
Cha.Eutyche te oro ſodalis eius es.ſerua.& ſubueni.
Hunc ſenem para me clientẽ.memorẽ dices beneficii.
Eu. Ora ut ignoſcat delictis tuis:atq; adoleſcẽtiæ.
Cha.Pergin tu autẽ.eia ſuperbe inuehere.ſpero ego mihi quoq;
Tempus tale euẽtuꝝ:ut tibi gratiam referam parem.
De. Miſſas iam ego iſtas artifici.& quidẽ ego dehinc iam.Ch.nihil
Conſuetudine animus rurſus te huc inducet.De.obſecro
Satis iam ut habeatis:quin locis cedite etiam ſi lubet.
Eu. Recte dicis.ſed iſtuc uxor faciet:cũ hoc reſciuerit
De. Nihil opuſt reſciſcat.Ch.quid iſtic non reſciſcet:ne time.
Eu. Eamus intro nõ utibile hic locus factis tuis
Dum memoramus.arbitri ut ſint:qui prætereant per uias.
Cha.Hercle qui tu recte dicis.eadẽ breuior fabula
Erit.eamus.Ly.hic eſt intus filius apud nos tuus
De. Optime eſt.illac per hortum nos domũ tranſibimus.
Ly. Eutyche banc uolo prius rẽ agi:q̃ meũ intro refero pedẽ.
Eu. Quid iſtuc ẽ?Ly.ſuã quiſq; homo rẽ meminit.reſponde.
Mihi certon ſcis:non ſuccẽſere mihi tuam matrẽ.Eu.ſcio.
Ly. Vide.Eu.me uide.Ly.ſatis habeo.id quæſo hercle etiam uide.
Eu. Non mihi credis.Ly.imo credo:ſed tamẽ metuo miſer.
Eu. Eamus intro.Eu.immo dicamus ſenibus leges.Ch.cenſeo
Prius habeamus quas leges teneant:contentiq; ſint.
Eu. Annos natus ſexagíta qui erit:ſiquẽ ſcibimus ſeu maritũ
Seu hercle adeo celibẽ ſcortarier:cũ eo nos hic lege agemus.
Inſcitum arbitrabimur:et per nos quidem hercle egebit
Qui ſuum ꝑdegerit.neu quiſq̃ poſthac ꝑhibeto adoleſcentẽ
Filiũ:quin amet & ſcortũ ducat.quod bono fiat modo.
Siquis ꝑhibuerit plus perdet.clam ſi ꝑhibuerit palam.
Hæc adeo ut ex hac nocte primũ lex teneat ſenes
Bene ualete:atq; adoleſcẽtes:hæc ſi uobis lex placet:

Obſenũ hercle induſtriam:uos ęquum eſt dare plaudite.

Pſeudolus.

e Xporci melius lumbos atq; exurger
Plautina longa fabula in ſcenam uenit.

Prologus.

p Ręſentis numerat quindecim miles minas.
Simul conſignat ſymbulũ ut phoenicium
Ei det leno:qui eum cum reliquo afferat:
Venientem caculam interuortit ſymbolo
Dicens ſyrum ſe ballionis pſeudolus.
Opemq; herili ita tulit.nam ſimiae
Leno mulierem quem if ſuppoſuit:tradidit:
Venit harpax uerus.res palam cognoſcitur.
Senexq; argentum:quod erat pactus: reddidit.

Pſeudolus.Callidorus.

Pſe. ſ Iex te tacẽte fieri poſſem certior here.quę miſerię te
Tam miſere macerant.duoꝝ labori ego hominũ arſiſſem
Lubens:mei te rogandi et tui reſpondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non poteſt:neceſſitas
Me ſubigit:ut te rogitem:reſponde mihi.quid eſt quod tu
Exanimatus iam bos multos dies geſtas tabellas tecum:eas
Lachrymis lauis.neq; tui participẽ cõſilii quẽquã facis?
Eloquere:ut quod ego neſcio:id tecum ſciam.Cal.miſere
Miſer ſum pſeudole.Pſe.id te iuppiter ꝓbibeſſit.
Cal. Nihil hoc iouis ad iudiciũ attinet.ſub ueneris regno uapulo:
Non ſub iouis.Pſe.licet me id ſcire quid ſit?nã tu me ãtidhac
Supremum habuiſti comitem conſiliis tuis.Cal.idem animus nũc
Eſt.Pſe.fac me certum quid tibi ſit.iuuabo.aut re.aut opera.aut
Conſilio bono.Cal.cape has tabellas.tute hinc narrato tibi
Quę me miſeria et cura cõtabefacit.Pſe.mos tibi geret̃.
Sed quid hoc quęſo?Cal.quid eſt.Pſe.ut opinor quęrunt.
Litterę hę ſibi liberos.alia aliã ſcandit.Cal.ludis me ludo tuo.
Pſe. Has quidẽ pol credo niſi ſibylla legerit.interpretari aliũ
Poſſe neminem.Cal.cur inclementer dicis lepidis litteris.
Lepidis tabellis.lepida cõſcriptiſ manu?Pſe.an obſecro hercle
Habentq; gallinę manus?nam has quidẽ gallina ſcripſit.
Cal. Odioſus mihi es.lege.uel tabellaſ redde.Pſe.ĩmo enim
Pellegam.aduortito animũ.Cal.nõ adeſt.Pſe.at tu cita.
Cal. Immo ego tacebo.tu hinc ex cera cita.nam iſtic meus animuſ
Nũc eſt.nõ in pectore.Pſe.tuam amicam uideo calidore.
Cal. Vbi ea eſt obſecro?Pſe.eccam ĩ tabellis porrectam.in cera cubat.
Cal. At te dii deęq; quantus es.Pſe.ſeruaſſint quidem.

Cal. Quaſi ſolſticialis herba pauliſper frui repẽte exortus ſũ.
Repentino occidi.Pſe.tace dũ tabellas pellego.Cal.ergo
Quum legis. Pſe.phoeniciũ calydoro amatori ſuo per
Cerã & linũ litteraſq; interpretes ſalutẽ mittit.
Et ſalutẽ abs te expetit.lachrymans titubanti animo.
Corde:& pectore.Cal.perii ſalutẽ nuſq; inuenio
Pſeudole:quã illi remittã.Pſe.quã ſalutẽ.Cal.argenteam
Pſe. Pro lignea ſalute uis argenteam remittere illi?uideſis
Quã tu rẽ geras.Cal.recita mõ:ex tabellis iã faxo ſcies
Quã ſubito argento mihi uſus inuento ſi&.Pſe.leno me.
Peregre militi macedonico minis uiginti uendidit
Voluptas mea.et priuſq; hinc abit quidecim miles minas
Dederat.nũc unę quinq; remorantur minę.
Ea cauſa miles hic reliquit ſymbolũ expreſſam in cera
Ex annulo ſuã imaginem:ut qui huc adferr& eius ſimilem
Symbolũ:cũ eo ſimul me mitter& ei rei dies
Hęc pręſtitutã eſt. proxima dionyſia.Pſe.cras ea quidem
Sũt.Cal.prope adeſt exitium mihi.niſi quid mihi
In te ẽ auxilii.Pſe.ſine pellegam.Cal.ſino nam mihi
Videor quom ea fabularier.lege.dulce amarũq;
Vna nũc miſces mihi.Pſe.nunc noſtri amores.mores.
Cõſuetudines.iocus.ludus.ſermo ſuauis.ſauiatio.
Cõpreſſiones arte amantiũ comparatę teneris labellis
Molles morſiunculę.papillarũ horridularũ oppreſſiũculę.
Harũ uoluptatũ mihi omniũ.atq; itidem tibi diſtractio.
Diſſidiũ.uaſticies uenit.niſi quę mihi inteſt aut tibi ẽ ĩ me ſalus.
Hęc quę ego ſciui: ut ſcires.curaui omnia.nũc ego te experiar.
Quid ames.quid ſimules.uale.Cal.ẽ miſere ſcriptũ pſeudole.
Pſe. O miſerrime.Cal.quin fles?Pſe.pumiceos oculos habeo.
Nõ queo lachrumam exorare ut expuant unam modo.
Cal. Quid ita?Pſe.genus noſtrũ ſemper ſic coculũ fuit.
Cal. Nihil ne adiuuare me audes?Pſe.quid faciam tibi?Cal. heu
Pſe. Heu id quidẽ hercle ne par ſis dabo.Cal.miſer ſũ.argentum
Nuſquã inuenio mutuum pſeudole.Pſe.heu.neq; ĩtus nũm? ullꝰ ẽ?
Cal. Heu ille abducturus ẽ mulierẽ cras. Pſe.heu.Cal.iſtocine
Pacto me adiutas.Pſe.do id quod mihi ẽ.nã is mihi theſaurus
Iugis in noſtra ẽ domo.Cal.actũ hodie de me ẽ.ſed potes
Nũc mutuam drachmã dare mihi unam: quã oras reddã tibi?
Pſe. Vix hercle opinor eſt:ſi me opponã pignori ſed quid de
Drachma facere uis?Cal.reſtim uolo mihi emere.Pſe.quãobrem?
Cal. Qui me faciã pẽſilẽ.certũ ẽ mihi añ tenebras pſequi tenebras.

Pſe. Quis mihi igitur drachmam redd&.ſi dederi tibi.an tu te ea
Cauſa uis ſciens ſuſpendere:ut me defraudes drachma: ſi
Dederim tibi?Cal.profecto nullo pacto poſſũ uiuere
Si illa a me abalienatur atq; adducitur.Pſe.quid fles?
Cucule uiues.Cal.quid ego ni fleam:cui nec paratus
Nũmus argenti ſi&.neq; libellę ſpes ſit uſquã gentium?
Pſe. Vt litterarũ ego harum ſermonem audio:
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis:qđ tu iſtis lachrumis
Te probare poſtulas:nõ pluris refert:q̃ ſi imbrem in cribrũ geras.
Verũ ego te amantẽ:ne pauę:nõ deſeram.ſpero alicũde hodie
Me bona opera:aut hac mea tibi inuenturũ eẽ auxiliũ argentariũ
Cal. At id futurũ unde.Pſe. unde unde dicam:neſcio quia futurũ eſt.
Ita ſupercilio ſalit.Cal.utinã quę dicis:dictis facta ſuppetant.
Pſe. Scis tu quidẽ hercle mea ſi cõmoui ſacra:quo pacto & quantas
Soleã turbellas dare?Cal.in te nũc ſũt omnis ſpes ętati meę.
Pſe. Satin eſt ſi hanc hodie mulierẽ efficio tibi tua ut ſit.aut ſi tibi
Do uiginti minas?Cal.ſatin ſi futurũ ẽ? Pſe.roga me uiginti minas
Vt me effecturũ tibi quod promiſi ſcias roga.Cal.obſecro hercle.
Pſe. Geſtio promittere.Cal.dabiſ ne argenti mihi hodie uiginti minas?
Pſe. Dabo. moleſtus nũc iam ne ſis mihi.atq; ne dictũ tibi neges
Dico prius ſi neminẽ aliũ potero:tuũ tangam patrem.Cal.dii te
Mihi ſeruent.uerũ ſi potes pietatis cã uel etiam matrem quoq;.
Pſe. De iſtac re in oculũ utrũ uis cõquieſcito.Cal.oculũ utrum
An ne in aurẽ?Pſe.at hoc peruolgatũ ẽ minus. nũc nequis
Dictũ ſibi neg&:dico omnibus:pube pñti:in cõtione omni populo
Omnibus amicis notiſq; edico meis in hunc diem a me ut caueãt:
Ne credant mihi.Cal.tace obſecro hercle.Pſe.quid negocii eſt?
Cal. Oſtium lenonis crepuit.Pſe.crura mauellem modo.
Cal. Atq; ipſe egreditur.penituſ periurum caput.

Leno Lorarii.iiii.Pſeudolus Seruus Calidorus adoleſcens.

Le. e Xite.agite.ite ignaui.male habiti.& male cõciliati
Quorũ nunq̃ quicq̃ cuiq̃ uenit in mentẽ:ut recte faciãt
Quib9 niſi ad hoc exẽplũ experior:nõ põt uſura uſurpari.neq; ego
Homines magis aſinos unq̃ uidi.ita plagis coſtę callent:
Quos dũ ferias:tibi plus noceas.eo enĩ ingenio hi ſũt flagricibę
Qui hęc habent cõſilia:ubi data occaſio ẽ:rapę clepe tene. herpaga.
Bibe:effuge.hoc ẽ eorũ opus.ut mauelis lupus apud ouis linquere.
Q; hos domi cuſtodes.at faciẽ cũ aſpicies eorũ:haud mali uidẽtur.
Opera fallunt.nunc adeo hanc edictionẽ niſi aĩum aduortetis oẽs.
Niſi ſomnũ ſocordiamq; ex pectore oculiſq; amouetis.
Ita ego ueſtra latera loris faciã ut ualide uaria ſint:

Vt ne peristromata quidem eque picta sint campanica.
Neq; alexandrina beluata consuta tapetia.
Atq; heri ante dixeram omnibus dederãq; eas prouícias.
Verũ ita uos estis perditi.negligentes ingenio improbo:
Officiũ uestrũ ut uos malo cogatis cõmonerier.
Nẽpe ita animati estis:uos uincere hoc duricia tergi atq; me
Hoc uidessis ut alias res agũt.hoc agite.hoc animũ aduortite.
Huc adhibete aures:quę ego loquar.plagigera genera boĩnũ.
Nũq̃ ędepol uestrũ durius tergũ erit:q̃ terginũ hoc meum
Cui nũc dol&.hem.sic datur.si quis berũ seruus spernit.
Adsistite omnes contra me.& quę loquor:aduortite animũ.
Tu qui urnam habes:aquã ingere.face plenũ aenum sit cito.
Te cũ securi:caudicali pręficio prouincię.
Lo. At haec retonsa ẽ.Le.sine si&.itidẽ quoq; uos estis plagis omnes.
Nũ qui minus ea gratia tamẽ omnium opera utor.
Tibi hoc pręcipio:ut niteant ędes.hẽs quod facias.propera abi ítro
Tu esto lectisterniator.tu argentum eluito.id exstruito
Hęc: cũ ego a foro reuerror:facite ut offendam parata.
Vorsa pręsterga strata lautaq; coctaq; oĩa uti sient
Nam mihi hodie natalis dies est. dec& eũ omnes uos cõcelebrare.
Pernã.gallũ.glãdiũ.sumen:facito ĩ aqua iaceãt.satin audis?
Magnifice uolo enĩ sũmos uiros accipere: ut mihi rẽ cẽ reantur.
Intro abite atq; hęc cito celebrate:ne mora quę sit.cocus cũ ueniat.
Mihi.ego eo in macellũ ut pisciũ quicquid ẽ precio pręstinem
I puere prę.nequis q̃ pertundat crumenam:cautio est:
Vel opperire.est qđ domi dicere pene sum oblitus.
Auditin.uobis mulieres hanc habeo edictionem.
Vos quę in mũdiciis molliciis deliciisq; ętatulam agitis.
Viris cũ sũmis inclitę.amicę.nũc ego scibo.atq; hodie experiar
Quę capiti.quę uentri operam det.q̃q; suę rei:quę sõno studeat.
Quã libertã fore mihi credam.& quã uenalem hodie experiar.
Facite hodie.ut mihi munera multa huc ab amatoribus cõueniãt.
Nam nisi penus annuus hodie cõuenit:cras populo prostituã uos.
Natalem scitis mihi esse diẽ hũc.ubi isti sunt:quibus uos oculi estis.
Quibu s uitę.quibus delicię estis.quibus suauia.mamilla.mellita.
Manipulatim mihi munigeruli facite añ aedis iã hic adsint.
Cur ergo uestẽ.aurũ.atq; ea quibus ẽ uobis usui perbibeo.quid mihi
Domi nisi malum uestra opa ẽ.hodie íprobe uino mõ cupidę estis.
Eo uos uestros panticesq; adeo madefactis cũ ego sim hic siccus.
Nunc adeo hoc factum ẽ optimũ.ut nomine quãq; appellem suo.
Ne dictum esse actutum sibi quepiã uestrarum mihi neget.

Aduortite animum cunctę principio bedillum tecum ago
Quę amica es frumentariis
Quibus cũctis montes maximi acerui frumenti ſũt domi.
Fac ſis ſit delatum huc mihi frumentũ hũc annũ: quod ſatis
Mihi etiam familię oĩ ſit meę: atq; adeo ut frumento affluam
Vt ciuitas nomen mihi cõmut&: meq; ut prędic&.
Lenone ex ballione regem iaſonem. Cal. audin furcifer
Quę loquitur. ſatin magnificus tibi uidetur? Pſe. Pol iſte
Atq; etiam malificus. ſed tace: atq; hanc rem gere.
Le. Aeſchrodora tu quę amicos tibi habes lenonũ ęmulos.
Lanios. qui item ut nos iureiurando malo quaerũt rem. audi
Niſi carnaria tria grandia tergoribus onerata: iuberi hodie
Mihi erũt. cras quaſi dircẽ olim ut memorant duo
Gnati iouis deuinxere ad taurũ. itẽ hodie ſtringã ad carnarium.
Id tibi profecto taurus fi&. Cal. nimis ſermone huius
Ira incendor. Pſe. hũccine hic hominem pati colere iuuẽtutem
Atticam ubi ſũt. ubi latent. quibus aetas integra ẽ q amãt a lenone
Quin cõueniũt. quin una omnes peſte hac populũ hũc liberant.
Sed nimis ſum ſtultus. nimium fui
Indoctus. ne illi audeant id facere quibus ut ſeruiant
Suus amor cogit. ſimul probib&. faciant
Aduerſũ eos quod uolũt. Cal. uah tace. Pſe. quid eſt?
Cal. Malemorigerus male facis mihi: cũ ſermone huic obſonas.
Pſe. Taceo. Cal. at taceas malo multo q̃ tacere te dicas. Le. tu autem.
Xiſtilis fac ut animũ aduortas. quoius amatores
Oliuinam domi habent maxumam.
Si mihi nõ iam huc culleus oliui deportatur
Te ipſam culleo ego cras faciam deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur: ubi tu haud ſomnium capias.
Sed ubi uſq; ad langorẽ. tenes quorſũ haec tẽdant quę loquor.
En execrato: quae tibi amicos tot habes tã probe oleo onuſtos.
Nunc tua iã eſt hodie & tuorũ opera cõſeruorũ.
Nitidiſſimũ caput. aut nũ ipſe ego pulmento utor magis
Vnctiuſculo: ſed ſcio tu oleũ haud magnipendis: uino te deuincis.
Sine mõ reprehendã ego cuncta hercle una opera niſi
Quidem hodie tu omnia facis ſceleſta. haec ut loquor.
Tu autẽ quae pro capite argentum mihi iã iamq; ſaepe numeras
Ea paciſci modo ſcis. ſed quae pacta es: nõ ſcis ſoluere.
Phoeniciũ tibi haec ego loquar. deliciae ſũmatum uirum
Niſi hodie mihi exfũdis tuorum amicorũ oẽ hoc penus adfertur
Cras poeni phoenicio chorio inuiſes pergulam.

P Seudole nõ audis quę hic loquitur?Pse.audio here equidem
Atq; animũ aduorto.Cal.quid mihi es auctor huic ut mittam
Ne amicam hic meam prostituat.Pse.bene curassis.liquido es aío
Ego pro me & pro te curabo. iãdiu ego huic bene.& hic mihi
Volumus.& amicitia est antiqua.mittã hodie huic suo die natali
Malam rẽ magnã & maturã.Cal.quid opus ẽ?Pse.potin aliam rẽ
Vt cures.Cal.at.Pse.bat.Cal.crucior.Pse.cor dura.
Cal. Nõ possũ.Pse.fac possis.Cal.quonam pacto possim uincere animũ
Pse. In rem quod sit pręuortaris.quã rem aduerso animo auscultes
Cal. Nugę ista haec sũt.nõ iucundũ est nisi amans facit
Stulte.Pse.pergin.Cal.o pseudole mi sine sim nihili
Pse. Mitte me sis.Cal.sino.Pse.mõ ego aberam.Cal.mane mane iam
Vt uoles me eẽ:ita ergo.Pse.nũc tũ sapis?Bal.it dies.ego m̃ cesso
I prę puere.Cal.heus abiit.quin reuocas?Pse.quid properas placide
Cal. At priusquã abeat.quod hoc malũ tam placidus puere.bodie
Pse. Nate heus:bodie nate:tibi ego dico.heus bodie nate:redi:&
Respice ad nos.tametsi occupatus:moramur:mane.sũt conloqui
Qui uolũt te.Bal.quid hoc est.quis ẽ qui morã occupato
Molestam obtulit?Pse.qui tibi sospitalis fuit?Bal.mortuus est.
Qui fuit:qui est uiuus est.Pse.nimis superbe.Bal.nimis molestus.
Cal. Reprehende hominem adsequere.Bal.i puere. Pse.accedamus hac
Obuiam.Bal.iupiter te perdat quisquis es.Pse.te uolo.
Bal. At uos ego ambos.uorte hac te puere.Pse.nõ hic& conloqui te?
Bal. At mihi nõ lub&.Cal.sin tuam ẽ quippiam in rem?
Bal. Licet ne obsecro uiuere an non licet.uah manta Pse. omitte
Cal. Ballio audi Bal.surdus sum:profecto inanilogus es.Cal.dedi.
Dum fuit?Bal.non peto quod dedisti?Cal.dabo quãdo erit.
Bal. Ducito quãdo habebis.Cal.heu heu quã ego malis perdidi modis
Quod tibi detuli & quod dedi.Bal.Mortua uerba nunc
Facis stultus es.rem actam agis.Pse. nosce saltem hũc quis est.
Bal. Iam diu scio qui fuit.nunc qui estis ipsus sciat.ambula tu
Pse. Potin ut semel modo ballio hunc cũ lucro respicias.
Bal. Respiciam istoc pretio.nam si sacrificem summo ioui
Atq; in manibus exta teneam ut portiçiam interea loci
Si lucri quid detur:potius rem diuinam deseram.
Pse. Non potes pietati obsisti huic:ut res sunt ceterę.
Deos quidem quod maxume ęquum est metuere:eos mĩmi facit
Bal. Compellabo salue multũ serue athenis pessume:Pse di te deaeq;
Ament uel huius arbitratu uel meo.uel si dignus alio pacto
Neq; ament nec faciant bene. Bal.quid agitur calidore?

Pſe. Amatur atq; egetur acriter.Bal.miſereat:ſi familiam alere poſſim
Miſericordia. Pſe.eia ſcimus nos quidem te.qualis ſis.ne p̃dices.
Sed ſcin quid nos uolumus.Ba.pol ego prope mõ ut male ſit mibi
Pſe. Et id et hoc quod te reuocamus:quęſo animũ aduorte?Bal.audio.
Atq; in pauca:ut occupatus nũc ſũ confer quid uelis.
Pſe. Heu pud& quod tibi promiſit:quã̃q; id promiſit die
Quia tibi minas uiginti pro amica etiam nõ dedit.
Bal. Nimio id quod pud& facilius fertur:q̃ illud quod piget
Nõ dediſſetis tũ p ud&.me quia nõ accepi piget.
Pſe. At dabit.parabit aliquid hos dies.manta modo.
Nã hic id metuit:ne illam uendas ob ſimultatẽ ſuam.
Bal. Fuit occaſio ſi uell& iãpridem argentũ ut dar&.
Cal. Quid ſi nõ habui?Bal.iam habes.inuenires tuum.
Ad daniſtam deuenires adderes.foenuſculũ ſurripuiſſes
Patri.Pſe.ſurripere hic patri audaciſſime.nõ periculũ.
Eſt ne quid recte monſtres?Bal.nõ lenonius eſt?
Cal. Egon patri ſurripere poſſim quicquã cauto ſeni
Atq; adeo ſi facere poſſem: pietas probib&.Bal.audio
Pietatẽ ergo iſtam amplxator noctu pro phoeniceo
Sed cũ pietate amori uideo tuo pręuortere.oẽs tibi
Patres ſũt.nullus eſt tibi quẽ roges.mutuum argentum
Qui nomen quoq; iam interit mutuum.
Bal. Heus tu.poſtq̃ hercle iſti a menſa ſurgũt ſaturi.poti.
Qui ſuum repetũt.alienũ reddũt.natomemini
Ab alienis cautiores ſunt:nec reddant alteri.
Cal. Nimis miſer ſũ.nũmum nuſquã reperire argenti queo
Ita miſer et amore pereo & inopia argẽtaria.Bal.eme die
Cęca hercle oliuum.id uendito oculata die.iã hercle uel
Ducentę fieri poſſũt pręſentes minę.Cal.perii an non tum
Lex me perdit.quina uicenaria metuunt credere omnes.
Bal. Eadem eſt mibi lex metuo credere.Pſe.credere autem
Ebo an poenit& te quãto hic fuerit uſui?Bal.nõ eſt iuſtus
Quiſq̃ amator:niſi qui perpetuat data.detq; uſq; quando
Nihil ſit.ſimul amare deſinat.Cal.nihil ne temet miſeret?
Bal. Inanis cedes.dicta nõ ſonant.atq; ego te uiuũ ſaluumq; uellem.
Pſe. Eo an iam mortuus ẽ ilico uixit amator:ubi lenoni plac&.
Semper tu ad me cũ argentata accedito querimonia.
Nã iſtuc quod nũc clamitare.non eſſe argentũ tibi.
Apud nouercam querere.Pſe.ebo nũq̃ tu huius nupſiſti patri?
Bal. Di melius faciant.Pſe.fac hoc:quod te rogamus ballio
Mea fide ſi iſti formidas credere.ego in hoc triduo

Aut terra aut mari alicũde euoluam id argentum tibi.
Bal. Tibi ego credam? Pſe. cur nõ? Bal. quia pol. qua opera credam tibi.
Vna opera alligem fugitiuã canẽ agninis lactibus.
Cal. Sicine mihi abste bene merenti male refertur gratia.
Bal. Quid nũc uis? Cal. ut opperiare hos ſex dies ſaltem modo.
Ne illã uendas. neu perdas me hominem amãtẽ. Bal. bono.
Animo es uel ſex opperibor mẽſes. Cal. euge homo
Lepidiſſime. Bal. imo uin etiã te faciã ex lacto lętantẽ magis?
Cal. Quid iam? Bal. quia enim nõ uenalem habeo phoenicium.
Cal. Nõ habes. Bal. nõ hercle uero. Cal dole accerſi hoſtias
Victimas. lanios. & ego huic ſacruficem ſũmo ioui.
Nam hic mihi nũc ẽ multo potior iupiter. in quã iupiter
Nolo uictimas. ac nimis me extis placari uolo propera.
Quid ſtas accerſe agnos. audin quid ait iupiter? Pſe. iam hic ero
Verũ extra portã mi etiam currenduſt prius. Cal. quid eo?
Pſe. Lanios inde accerſam duos cũ tintinabulis: eadem duo
Greges uirgarũ inde ulmearũ adegero: ut hodie
Ad litationem huic ſuppetat ſatius ioui in malam crucem.
Cal. Iſtic ibit iuppiter lenonius: ex tua re nõ eſt ut ego emoriar.
Pſe. Qui dũ? Cal. ego dicam tibi quia aedepol dũ ego uiuus uiuam
Nũq̃ eris frugi bonę. ex tua re nõ eſt ut ego emoriar.
Cal. Qui dũ? Pſe. ſic quia ſi ego emortuus ſim: athenis te ſit
Nemo nequior. Pſe. dic mihi obſecro uerũ hercle ſerio hoc
Quod te rogo eſt. nõ habes uenalẽ amicã tu meam phoenicium?
Bal. Nõ ędepol habeo profecto. nam iãpridẽ uendidi.
Cal. Quo mõ? Bal. ſine ornamentis cũ inteſtinis omnibus.
Meã tu amicam uendidiſti? Bal. ualde uiginti minis
Cal. Viginti minis? Bal. utrũ uis uel quater quinis minis
Militi macedonico etiam quindecim habe minas.
Quid ego ex te audio? Bal. amicam tuã eſſe factam argenteam.
Cal. Cur id auſus facere? Bal. libuit mea fuit. Cal. ebo pſeudole
Igladiũ adfer. Pſe quid opus gladio. Cal. qui hunc
Occidam atq; me. Pſe. quin tu te occides potius. nam hũc fames
Iam occiderit. Cal. quid ais quãtum terra tegit hominũ.
Periuriſſime. iuraſtin te illam nulli uenditurũ niſi mihi?
Cal. Fateor. Bal. nempe cõceptis uerbis. Bal. etiam cõſulis quoq;
Cal. Periurauiſti ſceleſte. Cal. At argentum intro condidi ego ſceleſtus
Nũc argentum promere poſſũ domo. tu qui ſis iſtoc genere
Gnatus numinũ nõ habes pſeudole adſiſte altrinſecus atq;
Onera hũc maledictis. Pſe. lic & nũq̃ ad prętorẽ atq; curſim
Curram. lite utar manu. Cal. ingere mala multa. Pſe. iam ego

Te differam dictis meis impudice.Bal.ita eſt.Pſe.ſceleſte.
Bal. Dies uera.Pſe.uerbero.Bal.quippini.Cal.buſtirape.
Bal. Certe.Cal.furcifer.Bal.factum optume.Cal.ſociofraude
Bal. Sũt mea hęc iſta.Pſe.parricida.Bal.perge tu.Pſe.ſacrilege
Bal. Fateor.Cal. periure.Bal.uetera uaticinamini Cal.legirupa
Bal. Valide.Pſe.pernicies aduleſcentũ.Bal.acerrime.Cal.fur.
Bal. Babae.Pſe.fugitiue.Bal.bombax.Cal.fraus populi
Bal. Planiſſume.Pſe.fraudulente.Cal.impure leno.Pſe.cenum.
Bal. Cantores probos.Cal.uerberauiſti patrem atq; matrem.
Bal. Atq; occidi quoq; potuſq; cibũ prębiberẽ.nũ peccaui quippiam
Pſe. Impertuſũ ingerimus dicta doliũ.operam ludimus.
Bal. Nũq; aliũ etiã uoltis dicere? Cal.ecqui te pud&.
Bal. Te amatorem inuentũ eẽ inanem quaſi caſſam nucem.
Sed quãq; multa mala quę in me dicta dixiſtis mihi
Niſi mihi attulerit miles quinq;:quas deb& minas
Sicut haec ẽ prędtituta.ſũme argento dies
Si is nõ aderit.poſſe opinor facere officium meum.
Cal. Quid id eſt? Bal.ſi tu argentũ attuleris cũ illo perdiderim
Fidem.hoc meũ eſt officium ego opere ſi ſit plus
Tecũ loquar.ſed ſi ne argento fruſtra eſt.qd me tui miſeri poſtulas
Haec mea eſt ſnia? ut hinc porro quid agas:cõſulas
Cal Iam ne abis:Bal.negocii ſũ plenus.Pſe.paulo poſt magis.
Illic homo meus eſt.niſi omnes di me atq; homines deſerunt.
Exoſſabo ego illũ ſimiliter itidem ut murenam quoquus.
Sed nũc callidore operam mihi te uolo dare.Cal.ec
Quid imperas? Pſe.hoc ego oppidũ admoenire ut hodie uapiatur.
Volo.ad eam rem uſuſt hoiem.aſtutũ.doctum.ſcitũ.& callidũ.
Qui imperata haec facta reddat.nõ qui uigilãs dormiat.
Cal. Cedo mihi quid eſt facturus.Pſe.tẽpori ego faxo ſcies.
Nolo bis iterare ſat ſic lõgę fiũt fabulę. Cal.optumũ:.
Atq; ęquiſſimũ oras.Pſe.propera addiac hominem cito
Pauci ex multis ſũt amici homini qui certi ſient.
Cal. Ego ſcio iſtuc.Pſe.ergo utrinq; tibi nunc delectum para.
Ex multis exquire illis unũ:qui certus ſiet
Cal. Iam hoc faxo aderit.Pſe.potin ut habeas.Cal.tibi morã dictis creas

Pſeudolus.

P Oſtq; illic hinc abiit:tu aſtas ſolus Pſeudolus:
Quid nũc acturus.poſtq; herili filio largitus dictis
Dapſilis.ubi ſunt ea.cui neq; parata gutta certi conſilii:
Neq; adeo argenti:neq; nunc quid faciam ſcio:neq; exordiri
Primũ:unde accipias:habeas neq; ad detexũdam telam

Certos terminos.ſed quaſi poeta.tabulas cũ caepit:ſibi
Quęrit quod nuſq̃ eſt gentium:repperit tamen:facit illud
Veriſimile quod mendaciũ eſt. nũc ego poeta fiam.uiginti minę
Quę nuſq̃ nũc ſũt gentiũ inueniam tamen.
Atq; ego huic iampridem me daturũ dixeram.at uolui incipere
Tragulã in noſtrum ſenem.uerũ is neſcio quo pacto pręſenſit ꝑus
Sed cõprimenda eſt mihi uox atq; oratio.herũ eccum uideo huc
Simonem una ſimul cũ ſuo uicino caliphone incedere.
Ex hoc ſepulchro uetere uiginti minas effodiam ego hodie:
Quas dem herili filio.nũc huc concedam:ut horũ ſermonẽ legam.
Simo.Calipho.Senes.ii Pſeud.ſeruus

Si. ſ Ide damnoſis aut de amatoribus dictator fiat nũc athenis
Atticis nemo antecedat filio credo meo.ita nũc per urbem,
Solus ſermo eſt omnibus:eũ uelle amicam liberare:& quęrere
Argentum ad eam rem.hoc alii mihi renũtiant.atq; id iam
Pridẽ ſenſi:& ſubol& mihi.Pſe.occiſa ẽ haec res.heret hoc negociũ
Quin cõmeatũ uolui argentariũ proficiſci.ibi nũc oppido
Oppoſita obſtacula:pręſenſit nihil ẽ prędę prędatoribus Cal.boĩes
Qui geſtant quiq; auſcultant crimina ſi meo arbitratu
Liceat omnes pendeant geſtores linguis: auditores auribus.
Nam iſta quę tibi renũtiantur filium:te uelle amantem
Argento circũducere forſitan ea tibi dicta ſũt mendacia.
Sed ſi ea uera ſunt:ut nunc eſt maxime:quid mirũ fecit.
Quid nouum:adoleſcens homo:ſi amat.ſi amicam liberat.

Pſe. Lepidum ſenẽ.Si.uetus nolo faciat.Cal.at.enim ne quicq̃ uis
Vel tu ne faceres tale in adoleſcentia probum prẽm eẽ oport&.
Qui gnatum ſuum eſſe probiorem:q̃ ipſus fuerit poſtul&.
Nam tu quod damni:& quod feciſti flagitii?populo uiritim
Potuit diſpartirier.id ne tu mirari ſi patriſſat filius
ὦ ϑεῦ q̃ pauci eſtis homines commodiorem
Illic eſſe patrem:eſſet ut equior filio.Si.ſi quis hic loquitur
Meus hic eſt quidem ſeruos pſeudoloſus:hic mihi corrumpit filiũ.
Scelerũ caput.hic dux.hic ille ẽ pedagog9.hũc ego cupio excruciari

Pſe. Iam iſtaec inſipientia irã in promptu gerere quanto ſatius eſt
Adire blandis uerbis:atq; exquirere ſint illa nec ne ſint quę tibi
Renunciantur?bonus animus in mala
re dimidium ẽ mali Si.tibi auſcultabo.

Pſe. Itur ad te pſeudole orationem tibi para aduerſum ſenem
Herum.ſalutato primũ.ut equom ẽ:poſtea ſiquid ſuperſit uicinos
Impartio.Si.ſalue quid agitur?Pſe.ſtatur hic ad hunc modum

Si. Statum uide hominis callipho quaſi baſilicum.Cal.bene

Confidenter quę te adſtitiſſe intellige.Pſe.dec& innocens.
Qui ſit atq; innoxius ſeruũ ſuperbum eſſe apud herum potiſſimũ
Cal. Sunt quę te uolumus percontari quę quaſi per nebulam
Nos met ſcimus:atq; audiuimus.Si.conficiet iam te hic
Verbis ut tu cenſeas nõ pſeudolũ:ſed ſocratem tecum loqui
Pſe. Ita ẽ:iampridem tu me ſpernis:ſentio.paruam eſſe
Apud te mihi fidem eſſe intelligo
Pſe. Cupis me eſſe neq̃ tamen ero frugi bone
Si. Fac ſis uacuas pſeudole ędis:auriũ:mea & migrare dicta
Poſſint quo uolo.Pſe.age loquere quid uis tametſi tibi ſuccenſeo
Si. Mihin domino ſeruos tu ſuccenſes.Pſe.iam tibi mirũ id uidetur.
Si. Hercle qui ut tu prędicas.cauenduſt mihi abſte irato
Atq; alio tu modo me uerberare:atq; ego te ſoleo cogitas.
Pſe. Quid cenſes.Si.edepol merito eſſe iratum arbitror
Cũ apud te parũ ſtet fides.Pſe.iam ſic ſino
Iratus ſit ego ne quid noceat cauero
Si. Sed quid ais?quid hoc quod te rogo.Pſe.ſi quid uis roga
Quod ſcibo.delphis reſponſũ dicito.auorte
Ergo animũ:& fac ſis promiſſi memor.Si.quid ais
Ecquam ſcis filium tibicinam meũ amare negar mea eſt
Liberare quam uelit ceuton kaito ito negari
Ecquas uiginti minas perſicophantiam atq; perdoctos dolos
Paritas ut me auferas.Pſe.abſte ego auferam
Ita quas meo gnato des qui amicam liber&. fatere
Dycai toyna chaytorionai fatetur
Si. Dixin caliphon dudum tibi Cal.memini.Si.cur haec
Tu ubi reſciuiſti ilico celata me ſunt cur nõ reſciui.Pſe.eloquar.
Quia nolebam te memorem prędigni malum.
Herũ:ut ſeruos criminaret apud herũ.Si.iubereſ.hunc
Prędipitem in piſtrinũ trahi.Cal.nũquid peccatum eſt ſimo
Immo maxime.Si.deſiſte recte ego meam rem ſapio caliphо.
Pſe. Peccata mea ſũt.animũ aduorte:nũc iam
Qua propter te expertẽ amoris nati habuerim.
Piſtrinũ ineundum ſcibam.ſi id faxem mihi.
Si. Nõ a me ſcibas piſtrinum ineundum tibi
Cũ ea muſſitabas.Pſe.ſcibam.Si.cur nõ dictum eſt mihi?
Pſe. Quia aliud malũ aderat.iſtuc aberat longius
Illud erat prędens.huic erat dieculę.
Si. Quid nũc agetis.nam hinc quidem a me nõ poteſt
Argentũ auferri:qui prędertim ſenſerim.

Ne quiſq̃ credat nũmũ iam edicam omnibus.
Pſe. Nũq̃ edepol cuiq̃ ſupplicabo dũ quidem
Tu uiues.tu mihi hercle argentum dabis.
Abſte equidem ſumam.Si.tu a me ſumes.Pſe.ſtrenue.
Si. Excludito mihi hercle oculũ ſi dedero.Pſe ſi dabis
Iam dico ut a me caueas.Cal.certe edepol ſcio
Si abſtuleris mirũ:& magnũ feceris facinus.
Pſe. Faciam.Si.ſi nõ abſtuleris uirgis cedito
Pſe. Sed quid ſi abſtulero?Si.do iouem teſtem tibi
Te ętatẽ impune habiturũ.Pſe.facito ut memineris?
Si. Egon ut cauere nequeam cui prędicitur?
Pſe. Prędico ut caueas dico inq̃ ut caueas.caue.hem iſtis
Mihi ut hodie manibus argentum dabis.Cal.edepol
Mortalem graphicum ſi ſeruat fidem.
Pſe. Seruitũ tibi me abducito:ni fecero?Si.bene: atq;
Amice dices.nam nũc iam meuſt?Pſe.uin etiam
Dicam:quod uos magis miremini?Cal.ſtudio hercle
Audire nam te auſculto libens.Si.agedum nam ſatis
Libenter te auſculto loqui.Pſe.priuſq̃ iſtam pugnam
Pugnabo.ego etiam prius dabo aliam pugnam claram
Et cõmemorabilem.Si.quã pugnam?Pſe.hem ab hoc
Lenone uicino tuo per ſicophantiã:atq; per doctos dolos
Tibicinam illã:tuus quam gnatus deperit
Eã circũducam lepidule nomen:Si.mirũ quidẽ eſt?
Pſe. Effectum hoc hodie reddam utrunq; ad ueſperũ
Si. Siquidem iſtaec opera ut prędicas:perfeceris
Virtute regi agathocli anteceſſeris.ſed ſi nõ faxis
Nũquid cauſa eſt:ilico quin te in piſtrinũ condam.
Pſe. Nõ unũ quidem diem modo. uerũ hercle in omis:quãtus
Eſt.ſed ſi effecero dabin mihi argentũ quod dem lenoni ilico
Tua uolũtate?Cal.ius bonũ orat pſeudolus dabo inique?
Si. At enim ſcin quid mihi in mentẽ uenit?quid ſi biſce
Interſe cõſenſerũt callipho.aut de cõpacto faciunt
Conſutis dolis: qui me argento circũuertant:
Pſe. Quis me audacior ſit?ſi iſtuc facinus audeam dicere.immo
Sic ſimo ſi ſumus conſpecti ſiue cõſiliũ unq̃ inimus
De iſtac re:aut ſi de ea re unq̃ inter nos cõuenimus.
Quaſi in libro cũ ſcribuntur litterę calamo.
Stilis me totum uſq; ulmeis conſcribito.Si.indice ludos
Nũc iam quando lub&.Pſe.da in hũc diem operam
Callipho quęſo mihi:ne quo te ad aliud occupes negocium?

Cal. Quin rus ut irem iam heri conſtitueram?
Pſe. At nũc diſturba quas ſtatuiſti machinas
Cal. Nũc non abire certũ eſt iſtac gratia.lubido eſt ludos
Tuos ſpectare pſeudole.& ſi hũc uidebo nõ dare argentũ tibi:
Quod dixi:potius q̃. id non fiat ego dabo.non demutabo?
Pſe. Nãq; edepol ſi non dabis:clamore magno:& multum
Flagitabere.agite amouemini hinc uos intro nũc iam
Ac meis uiciſſim date locũ fallaciis.Si.fiat:geratur
Mos tibi.ſed te uolo domi uſq; adeſſe.Cal.quin tibi hanc
Operam dico.at ego ad forũ ibo iam hic adero.
Si. Actutum redi.Pſe.ſuſpicio eſt mihi nũc uos ſuſpicarier.
Me idcirco hęc tanta facinora promittere.
Quin uos oblectẽ:hanc fabulam dũ tranſigam?
Neq; ſim facturus:quod facturum dixeram.nõ demutabo.
Atq; etiam certũ quod ſciã:quo ſim facturus pacto:nihil etiã ſcio.
Niſi quia futurũ eſt.nam qui in ſcenam prouenit
Nouo modo:nouum aliquid inuentũ afferre addec&.
Si id facere nequeat:det locũ illi qui queat
Concidere aliquantiſper hinc mihi intro lib&.
Dũ concenturio in corde ſycophantias,
Tibicen uos interea hic delectauerit.
Pro iuppiter ut mihi quicquid ago lepide omnia proſpereq;
Veniunt.neq; quod dubitem.neq; quod timeam meo in pectore
Cõditum ẽ conſiliũ:nã ea ſtulticia eſt facinus magnum
Timido cordi credere.nam omnes res perinde ſũt.
Vt agas:ut eas magnifacias:nam ego in meo pectore prius ita.
Paraui copias duplicis.triplicis dolos.perfidias.ut ubicũq;
Cũ hoſtibus congrediar.malorũ meorũ fretus uirtute
Dicam mei induſtria:& malicia fraudulenti:facile ut uincam
Facile ut ſpoliem meos perduellis meis perfidiis.
Nũc ĩimicũ ego hũc cõmunem meũ:atq; noſtrũ omnium.
Ballionem exbaliſtabo lepide.date operam modo.
Hoc ego oppidũ admoenire:ut hoc die capiatur uolo.
Atq; ut hoc meas legiones adducam.ſi hoc expugno
Facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam?
Poſt ad oppidũ hoc uetus continuo mecũ exercitum
Protinus obducam.inde me & ſimul participes omnes
Meos prẽda onerabo.atq; opplebo mecum:& fugam
Perduellibus meis eſſe:me ut ſciant natum.
Quo ſũ genere gnatus.magna me facinora dec& efficere.
Quę poſteri mihi clara:& diu cluant:ſed hũc quẽ uideo quis?

Quis hic eſt qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur.lib& ſcire.
Quid hic uelit:cũ machęra & huic quam rẽ agat:hĩc dabo inſidias?
Harpax.Cacula.Pſeudolus ſeruus.
b Iloci ſũt:atq; hae regiones:quę mihi ab hero ſũt demõſtratę.
Vt ego oculis rõeꝫ capio:quã mihi ita dixit herus me? miles
Septimas eſſe ędis a porta.ubi ille habitat leno:cui iuſſit
Symbolũ me ferre:& hoc argentum nimis uelim
Certũ qui mihi faciat ballion leno ubi hic habitat.
Pſe. Si tace tare meus hic ẽ homo in omnes di atq; homines
Deſerũt.nouo conſilio nũc mihi opus eſt.noua res ſubito
Mihi haec obiecta eſt.hoc prędortar.principio illa omnia miſſa
Habeo quę ante agere occepi.nam pol ego hũc ſtratioticum
Nũcium aduenientem probe percutiam.Har.hoſtiũ pultabo
Atq; intus euocabo aliquem foras?Pſe.quiſquis es cõpendium
Ego te facere pultandi uolo.nam ego precator:& patronus
Foribus proceſſi foras?Har.tu ne eſto ballio?Pſe.immo uero
Ego eius ſũ ſubballio?Har.quid iſtuc uerbi eſt?Pſe.condus ꝓmus
Sum procurator peni. Har.quaſi te dicas atrienſem.
Pſe. Ego immo atrienſi ego impero.Har.quid tu ſeruus ne es an liber?
Pſe. Nũc quidem etiã ſeruio.Har ita uidere.& nõ uidere dignus.
Qui liber ſies.Pſe.nõ ſoles reſpicere te:cũ dicas iniuſte alteri.
Har. Hũc hominem malũ eſſe oport&.Pſe.di.me ſeruant:atq; amant.
Nã hic meus eſt.procudam ego hodie hinc multos dolos
Har. Quid illic ſecũ ſolus loquitur?Pſe. qd ais tu adoleſcens.Har.qd ẽ?
Pſe. Es ne tu an non.es ab illo milite macedonico ſeruus eius:qui
Hinc a nobis eſt mercatus mulierem?qui argenti hero meo
Lenoni quindecim minas dederit.quinq; deb&?Har.ſum.
Sed ubi tu me nouiſti gentiũ.aut uidiſti.aut conlocutus?
Nam equidem athenis antidbac nũq̃ aduenI neq; te uidi
Ante hũc diem unq̃ oculis meis? Pſe.quia uidere inde eſſe
Nã olim cũ abiit.argento hic dies prędtituta eſt quo
Ad:referr& nobis.neq; dũ rettulit?Har.immo adeſt.
Pſe. Tũ attuliſti?Har.ego met.Pſe.quid dubitas dare?
Har. Tibi ego dem.Pſe.mihi hercle uero:qui res rationeſq; heri
Ballionis curo.argentum accepto.expenſo:& cui deb& dato?
Har. Siquidẽ hercle etiã ſupremi promptas theſauros:iouis
Tibi libellam argenti nũq̃ credam:dum tu ſtrenuas.
Pſe. Res erit ſoluta.Har.untiam potius ſic ſeruauero.
Pſe. Vę tibi.tu inuẽtus uero meam qui forcilles fidem.
Quaſi mihi nõ ſexcenta talenta tanta ſoleant credier
Har. Poteſt ut alii ita arbitrentur:& ego ut ne credam tibi.

Pſe. Quaſi tu dicas me te uelle argento circũducere.
Har. Immo uero quaſi tu dicas.quaſique ego autẽ id ſuſpicer.
Sed quid eſt tibi nomen?Pſe.ſeruus eſt huic lenoni ſyrus
Eũ eſſe me dicam?ſyrus ſum.Har.ſyrus.Pſe.id eſt nomen mihi
Har. Verba multa facimus.herus ſi domi eſt tuus:quin prouocas
Vt id agam quo miſſus hic ſum.Pſe.quid quid eſt nomẽ tibi?
Si intus eſſ&:euocarem:uerũ ſi dare uis mihi:magis erit
Solutũ:q̃ ipſi dederis?Har.at enim ſcin quid eſt?
Reddere hoc nõ perdere:herus miſit nũc certe ſcio:
Hoc febrim tibi eſſe:quia non lic& hoc initere ungulas.
Ego niſi ipſi ballioni nũmum credam nemini.
Pſe. At illic nũc negocioſus eſt.res agitur apud iudicem.
Har. Di beneuortant.at ego quãdo eum eſſe cenſebo domi.
Rediero.tu epiſtulam hanc a me accipe:atq; illi dato:
Nã iſtic ſymbolũ eſt inter her ũ meũ:& tuum de muliere.
Pſe. Scio equidem:ut qui argentũ adferr&:atq; expreſſam
Imaginem ſuã huc ad nos.quom eo aiebat uelle mitti mulierem.
Nã hic quoq; exemplũ reliquit eius Har.omnem rem tenes.
Pſe. Quid ego ni teneam?Har.dato ergo iſtũ ſymbolũ illi.Pſe.lic&.
Sed quid eſt tibi nomen?Har.harpax.Pſe.apagete.
Harpax haud places.huc quidem hercle haud ibis intro ni quid
Harpax feceris.Har.hoſtis uiuos rapere ſoleo ex acie.hoc
Nomen mihi eſt.Pſe.pol te inuito magis opinor uaſa ęnea.
Ex ędibus.Har.nõ ita ẽ.ſed ſcin quid te orẽ ſyre.Pſe.ſciam ſi
Dixeris.Har.ego deuortor extra portã huc in tabernam tertiam
Apud anum illã doliarem cladum craſſam chryſidẽ.
Pſe. Quiduis?Har.inde ut me arceſſas:herus tuus ubi uenerit.
Pſe. Tuo arbitratu maxime?Har.nã ut laſſus ueni deuia
Me nolo curare.Pſe.ſane ſapis.& conſilium plac&.
Sed uideſis ne in queſtione ſis:quãdo arceſſam te.
Har. Quí ibi prandero:dabo operã ſomno.Pſe.ſane cenſeo:
Har. Nũc quid uis?Pſe dormitum ut abeas.Har.abeo.
Pſe. Atq; audin harpage iubeſſis te opperiri.beatus eris ſi cõſideraueris.

d Iímortales cõſeruauit me illic hõ aduentu ſuo.
Suo uiatico reduxit me uſq; ex errore in uiam.
Nã ipſa mihi opportunitas nõ potuit opportunius
Aduenire:q̃ hęc cauata ẽ mihi opportune epiſtola.
Nã hęc illa ea cornu copię ẽ:ubi ineſt quicquid uolo.
Hic doli.hic fallacię omnes ſũt.hic ſũt ſycophantę
Hic argentum,hic amica amanti herili filio.

Atq; ego nũc me glorioſũ faciam & copi pectore
Quo modo quiq; agerẽ: ut lenoni ſurriperem mulierculam
Iam inſtituta ornata cuncta in ordine habeo: ut uolueram
Certa deformata habebam. ſed profecto hoc ſic erit.
Centũ doctum hominum conſilia haec deuincit dea
Fortuna: atq; hoc uerũ ẽ proinde: ut quiſq; fortuna utitur!
Ita prȩcell&: atq; exinde ſapere eũ omnes dicimus.
Bene ubi quid diſcimus conſiliũ accidiſſe: hominem cautum
Eũ eſſe declaramus. ſtultum autem illũ cui uertit male.
Stulti haud ſcimus: fruſtra ut ſcimus: cũ quod cupienter dari
Petimus nobis. quaſi quid in rẽ ſit poſſimus noſcere.
Certa amittimus dũ incerta petimus. atq; hoc uenit
In labore atq; in dolore: ut mors obrepat interim.
Sed iam ſatis ẽ philoſophatũ. nimis diu & lõgum loquor!
Di ĩmortales auricbalco contra nõ carũ fuit
Meum mendacium: hic modo quod ſubito cõmentus fui.
Quia lenonis me eſſe dixi. nũc ego hac epiſtola
Tres deludam berũ: & lenonem: & qui hãc mihi dedit epiſtolam.
Euge par pari. aliud autẽ quod cupiebam contingit.
Venit eccũ callidorus. ducit neſcio quẽ ſecũ ſimul.

Callidorus Charinus adoleſcens Pſeudolus

Cal. d Vlcia atq; amara apud te ſũ elocutus omnia.
Scis amorem. ſcis laborem. ſcis egeſtatẽ meam
Ch. Cõmemini oĩa dic tu modo me quid uis facere. faciam.
Cal. Cũ hȩc tibi alia ſũ elocutus. ut ſcirẽ ſi ſcis de ſymbolo.
Ch. Omnia inq̃. tu modo quȩ me facere uis: fac ut ſciam.
Cal. Pſeudolus ita mihi imperauit. ut aliquẽ hominẽ ſtrenuum
Beneuolentẽ adducerẽ ad ſe. Cha. ſeruas imperiũ probe.
Nam ut amicũ & beneuolentẽ ducis. ſed iſtic pſeudolus
Nouus mihi ẽ. Cal. nimiũ ẽ mortalis graphicus heuretes mihi eſt.
Is mihi hȩc eſſe effecturum dixit quȩ dixi tibi.
Pſe. Magnifice hominem cõpellabo. Ca. cuia uox ſonat. Pſe. io.
Io te te tyrãne: te rogo: qui imperitas pſeudolo.
Cal. Quȩro quo iter. Pſe. trina triplicia. tribus modis. me tria gaudia.
Artibus tribus. ter demeritas. dein lȩticias de tribus
Fraude partas per maliciam. & per dolũ: & fallaciam
In libello hoc obſignato ad te attuli pauxillulo!
Ch. Illic homo eſt ut paratragoediat carnufex.
Cal. Confer gradum. contra at ſalutem brachium
Dic utrũ ſpem ne an matrem te reſalutem pſeudole
Pſe. Imo utrũq;. Ca. utrũq; ſalue: ſed quid actũ ẽ. Pſe. quid times.

Cal. Attuli hũc.Pſe.quid attuliſti?Cal.adduxi uolui dicere
Pſe. Quid iſtic eſt Cal.charinus.Pſe.euge.iã charynũ uolo
Ch. Quin tu quicquid opus eſt mihi audactar imperas
Pſe. Bene ſit charine nolo tibi moleſtos eſſe nos?
Ch. Vos moleſtos mihi.moleſtũ ẽ quidem.Pſe.tũ igitur mane.
Ch. Quid iſtuc eſt?Pſe.epiſtolam mõ hanc intercepi: & ſymbolum.
Cal. Symbolũ?quẽ ſymbolũ.Pſe.qui a milite alienatuſt.modo:
Eius ſeruus qui hũc ferebat cũ quinq; argenti minis
Tuã qui amicam hinc accerſebat ei os ſubleui modo.
Cal Quo mõ.Pſe.horũ cauſa haec agitur ſpectatorũ fabula
Hi ſciũt qui hic adfuerũt.uobis poſt narrauero.
Cal. Quid nũc agimus?Pſe.liberã hodie tuã amicã amplexabere
Cal. Ego ne.Pſe.tu te.ego ipſus inq̃.ſiquidem hoc uiu& caput.
Si modo mihi hominẽ inuenietis propere?Cal.qua facie.Pſe.malũ
Callidũ doctum:qui quãdo principiũ prehenderit
Porro ſua uirtute teneat:quid ſe facere oporteat.
Atq; eũ qui nõ hic uſitatus ſẹpe ſit.Cha.ſi ſeruos eſt
Nũquid refert?Pſe.immo multo mauolo q̃ liberũ
Cal. Poſſe opinor me dare hominem tibi malũ & doctum modo
Qui a patre aduenit chariſto.necdũ exiit ex ẹdibus
Quoquam.neq; athenas aduenit unq̃ ante heſternum diem
Pſe. Bene iubeſſis.ſed quinq; inuentis opus eſt argenti minis
Mutuis.quas hodie reddam.nã unã huius mihi deb& pater.
Cal. Ego dabo ne quẹre aliunde.Pſe.o hominẽ opportunum mihi
Etiã opuſt chalmyde & machẹra:& petaſo.Ch.a me poſſum dare.
Di immortales nõ charinus mihi hic quidem eſt.ſed copia
Sed iſtic ſeruus ex chariſto hic qui aduenit quid ſapit
Cal. Vſq; a cunabulis. Pſe.manuleatã tunicam habere hominem dec&.
Ecquid hab& is homo aceti in pectore.Cal.atq; acciditſſimi
Pſe. Quid ſi opus ſit ut dulce promat indidem ecquid hab&.
Ch. Rogas.murinam.paſſũ.defrutũ mellinam.mel quoiuſmodi
Quin in corde inſtruere quondã coepit hermopolĩ
Pſe. Euge peleipe de charine.me meo ludo iam beas.
Sed qui nomen eſſe dicam ego iſti ſeruo?Ch.ſimiẹ
Pſe. Scit ne in re aduorſa uerſari.Cha.turbo nõ ẹque citus eſt
Pſe. Ecquid argutus eſt.Ch.malorum facinorũ ſẹpiſſime.
Pſe. Quid cũ manifeſto tenetur.Ch.anguilaſt elabitur.
Pſe. Ecquid is homo ẽ ſcitus.Cal.plebiſcitũ nõ ẹque ſcitum eſt.
Pſe. Probus homo eſt ut prẹdicare te audio.Cal.immo ſi ſcias
Vbi te aſpexerit.narrabit ultro quid eſſe uelis.
Sed quis es acturus.Pſe.dicã ubi hominem exornauero

Subditiciũ fieri ego illũ militis ſeruũ uolo.
Symbolũ hunc ferat lenoni cum quinq; argenti minis.
Mulierẽ ab lenone abducat.hem tibi omnẽ fabulã
Cęterũ quo quicq; pacto faciat ipſi dixero?
Cal. Quid nũc igitur ſtamus?Pſe.hominẽ cũ ornamentis oĩbus
Exornatũ adducite ad me:iã ad trapezitã ęſchinũ
Sed properate.Ch.prius illic erimus q̃ tu.Pſe.abite ergo
Ocius quicquid incerti mihi in animo prius:aut ãbiguũ fuit.
Nũc liquet.nũc defecatũ.ſi cor mihi nũc puiaſt
Omnes ordines ſubſignis ducam legiones meas
Aui ſiniſtra auſpicio liquido:atq; ex ſententia
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forũ:atq; onerabo meis pręceptis ſimiam
Quid agat nequid titub&:docte ut hanc ferat fallaciam.
Iam ego hoc ipſũ oppidũ expugnatum faxo erit lenonium.

Puer.

q Vi ſeruitutẽ di danũt lenoninam puero:atq; idẽ ſi addũt
Turpitudinẽ?ne illi:quantũ ego nunc corde conſpicio meo
Malam rẽ magnã multaſq; ęrumnas danunt uelut haec
Mihi euenit ſeruitus.ubi ego omnibus paruis magniſq; miſeriis
Pręfulgior:neq; ego amatorem mihi ullũ inuenire queo.
Qui amet me ut cur& tandẽ nitidiuſcule.nunc huic
Lenoni hodie eſt natalis dies.interminatuſt a minimo ad maxiũm
Si quis nõ hodie munus miſiſſ& ſibi:eum cras cruciatu
Maximo prębitere.nũc neſcio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego illud poſſum:quod illi qui poſſunt:ſolent.
Nũc niſi lenoni munus hodie miſero:cras mihi potandus
Fructus ẽ fullonius.heu q̃ ille hercle ego etiã nunc ſum paruulus
Atq; edepol ut nũc male eum metuo miſer.ſi quiſpiam det
Qui manus grauior ſi&.q̃q̃ illud aiunt magno gemitu fieri
Cõprimere dentes uideor poſſe aliquo modo.ſed cõprimenda eſt
Mihi uox:atq; oratio.herus eccũ recipit ſe domũ:& ducit coquum.

Ballio Leno Cocus Puer.

Bal. f Orũ coquinũ qui uocant:ſtulte uocant
Nã non coquinum eſt:uerũ furinum eſt forum.
Nãſi ego iuratus peiorem hominem quęrerem
Coquum nõ potui:q̃ hunc:quem duco:ducere
Multiloquum.glorioſum.inſulſum inutilem.
Quin ob eam rem horcus recipere hunc ad ſe noluit.
Vt eſſ& hic:qui mortuis coenam coquat.nã hic ſolus illis coquere
Quod placeat.poteſt.Co.ſi me arbitrabere iſto pacto ut prędicas

Cur conducebas? Bal. inopia. alius nō erat.
Sed cur ſedebas in foro. ſi eras coquus
Tu ſolus prēter alios. Co. ego dico tibi.
Hominū auaricia ego ſum factus improbior coquus.
Non meopte ingenio. Bal. qua iſtuc ratione. Co. eloquar.
Quia enim cū extemplo ueniūt conductum coquum
Nē illū q̄rit qui optimus: & cariſſimuſt.
Illū conducūt potius qui uiliſſ muſt
Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori.
Illi drachmis iiſſēt miſeri me nemo poteſt
Minoris quiſq̄ nūmo ut ſurgam. ſubigeret
Nō itē coenam condio. ut alii coqui
Qui mibi condita prata in patinis proferūt.
Boues qui conuiuas faciūt. herbaſq; aggerūt.
Eas herbas herbis aliis porro condiūt:
Indunt coriandrum feniculū. alliū. atrum olus
Apponūt rumicem. braſſicam. betam. blitum.
Eo laſarpicii libram pondo diluunt.
Teritur ſinapis ſcelerata cū illis: qui terūt
Priuſq̄ triuerunt oculi ut extillent facit.
Ei homines coenas ſibi coquūt. cū condiant
Nō condimentis condūt: ſed ſtrygibus
Viuis cōuiuis ītēſtina quę exedunt.
Hoc hic quidem homines tam breuem uitam colūt
Cū baſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt
Formidoloſas dictu nō eſu mō:
Quas herbas peccudes non edunt: homines edunt?
Bal. Quid tu diuinis condimentis utere
Qui prorogare uitam poſſis hominibus: qui ea
Culpes cōdimenta? Co audactar dicito. nam
Vel ducenos annos poterūt uiuere meas
Qui eſitabūt eſcas quas condidero.
Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi.
Aut ſipolindrū. aut maecidem. aut
Sane captidem: eat ipſę ſeſe patinę
Ferue faciunt ilico hęc ad neptuni pecudes
Condimenta ſunt ac atharathrio.
Bal. At te iuppiter diiq; omnes perdant cum
Condimētis tuis cūq; tuis omnibus mēdaciis.
Co. Sine ſis loqui me. Bal. loquere: atq; in malam crucem
Co. Vbi omnes patinę fuerūt omis aperio.

Terreſtres pecudes cecimandro.condio aut paropſide
Is odos dimiſſis pedibus in cęlum uolat.
Eũ in odorem coenat iuppiter quottidie
Bal. Odor dimiſſis pedibus.Co peccaui inſciẽs
Bal. Quid eſt Co.quia dimiſſis manibus uolui dicere.
Bal. Si nuſq̃ is coctum quidnã coenat iuppiter?
Co. It ícoenatus cubitum?Bal.i in malam crucem
Iſtacine cauſa tibi bodie nũmũ dabo
Co. Fateor equidem me eſſe coquum cariſſimum
Verũ pro precio facio:ut opera appareat mea:
Quo conductus ueni?Bal.ad furandum quidem.
Co. An inuenire poſtulas quẽquã coquum
Niſi miluinis aut aquiliniſ ungulis.
An tu coquinatum ire quoq̃ poſtulas
Quin ibi cõſtructis ungulis coenam coquas
Nũc adeo tu qui meus es ame dico tibi:
Vt noſtra properas amolliri omnia.
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis
Quoquo hic ſpectabit eo tu ſpectato ſimul
Si hic quo gradietur pariter progredimini.
Manũ ſi protoll&:pariter profecto manum.
Suum ſiquid ſum& id tu ſinito ſumere
Si noſtrũ ſum&: tu teneto alterinſecus.
Si iſte ibit:ito.ſtabit:aſtato ſimul.
Si conquiniſcet iſtic:conquiniſcito ſimul.
Itẽ his diſcipulis prius cuſtodes dabo.
Co. Habe modo animum bonum.Bal.quęſo qui poſſim:doce.
Animum habere:qui te ad me adducam domum?
Co. Quia ſorbitione faciam ego te bodie mea
Item ut mẽ dea peliam recoxit ſenem
Quem medicamento:& ſuis uenenis dicitur
Feciſſe rurſum ex ſene adoleſcentulum.
Item te ego faciam.Bal.ebo an tu etiam ueneficus.
Co. Immo ędepol uero hominum ſeruator magis
Bal. Hem mane quanti iſtuc unum me coquinare pdoces?
Co. Quid Bal.ut te ſeruem:nequid ſurripias mihi.
Co. Sic reddis nummos meos ne metuas quidem
Sed utrum amicis bodie an inimicis tuis
Daturus coenam Bal.pol ego amicis:ſcilic&
Quin tu illos inimicos potius q̃ amicos uocas.,

Co. Nam ego ita conuiuis coenam conditam dabo
Hodie atq; ita ſuauiter conditam
Vt quiſq; quicq; conditū guſtauerit.
Ipſos ſibi faciam ut digitos prędrodat ſuos.
Bal. Quęſo hercle priuſq̄ quicq̄ conuiuis dabis.
Guſta tute priuſ.& diſcipulis dato.
Vt prędrodatis ueſtras furtificas manus
Co. Fortaſſe haec tu nunc mihi non credis quę loquor
Bal. Moleſtus ne ſis nimium.iam tu nimis non places.
Hem illic ego habito.intro abi:& coenam coque
Propere.Co.quin is accubitum:& conuiuas cedo
Corrumpitur iam coena.Bal.hem ſubol& ſis uide
Bal. Iam hic quoq; ſceleſtus eſt coqui:ut coniicio
Profecto quid nunc primum caueam neſcio.
Ita in ędibus ſunt fures prędo in proximo eſt.
Iam mihi hic uicinus apud forum.paulo prius
Pater calidori opere fecit maximo.ut mihi cauerem
A pſeudulo ſeruo ſuo.neu fidem ei haberem.nam eum
Circūire in hunc diem:ut me ſi poſſ& muliere
Interuorter&.eum promiſiſſe firmiter dixit ſibi
Seſe abducturum a me dolis phoenitium.
